

eum qui *pasceat emerem* quasi proverbiali formâ serpente illam antiquum intelligerem, cui in penam datum est ut *puscerem comedat*. Ille ergo est qui *fallunt cor inclinatum ad colenda idola*, etc. Sed tam hanc interpretationem quam quæ Hebræi afferunt duritie aliqua non vacare video.

VERS. 21, 22. — **MEMENTO NOREM**, JACOB. Hæc nesciam insaniam idololatriam explicavit; et quæ ratione possent ad sanam mentem redire non tacuit; jam ad *Israelitas conversos*, quos volebat intelligere solum ipsum esse Deum, monet ne istorum *obliviscerentur* quæ si gentes animadvertentes, errorem deponerent; proinde se uno Deo contenti, ab ipso pendere velint tanquam Domino qui et illos initio *creasset*, et tandem ad servitutem *peccati redimeret*; ob quæ duo beneficia, si saperent, nunquam ab eo recederent. Ut autem à peccatis redemptionem, prout dignum erat, testamur, *caelos et terram*, etc. ad laudes Deo decantandas ex abrupto invitat, dicens:

VERS. 25. — **LAUDATE, COELI**. Non malè etiam sic redderetur: *Congratulamini, caeli*. Non solent propheta insensibilia corpora ad laudes et congratulationes decantandas invitare, nisi et in maximis rebus, et ex magno animi affectu, quando videlicet vident non sufficere homines ad gratias reddendas, et beneficia omni gratiarum actione esse majora. MISERICORDIAM. Quispiam de suo addidit nomen hoc. Simpliciter enim habetur, *quoniam fecit*; et majorem emphasis habet hæc reticentia; sicut illic: *Spera in Domino, et ipse faciet*. Certè quando sic Scriptura loquitur, aliquid Deo dignum opus fieri designat. Nisi velis ad id quod versus superiori dixerat referre; *quia fecit*, videlicet hoc quod paulò antè dicebam, *delevit transgressiones*, etc., quod mox exponit. **QUONIAM REDEMIT**, etc., q. d.: Hæc gratiarum actiones, hos triumphos, hæc et ovationes et congratulationes redemptionis à peccatis promeretur. Ne putetis, ô Judæi, rem esse parvi momenti, etc. Hæc, ni fallor, referenda sunt omnia hæc, sicut initio capitis hujus diximus; quibus omnino similia sunt quæ sequuntur.

VERS. 24. — **HÆC DIXIT DOMINUS**, etc. Hæc summa est promissionum illius Jehova creatoris et redemptoris tui, qui à primis incunabulis tui curam gessit, ex eo videlicet tempore quo Abraham vocavit, Isaac et Jacob per exteriorum terras deduxit, patres vestros in Ægypto contrivit, auxit, atque ex Ægypto liberavit. Hæc tendunt promissiones illæ de redemptore venturo. Hæc sunt illa portenta et præclarissima gesta quæ facturum credis illum omnipotentem qui omnia ex nihilo condidit, etc. **STABILIENTS TERRAM**. De verbo *raca* et *extensio celorum* jam supra dictum ex cap. 42, Gen. 1. Græcos secuti nostri *firmamentum* vertunt nomen *rahah*, idè quod et hoc loco verbo *stabilienti* reddidit vetus Interpres. De *terrà* item dictum supra 42, propter latam et extensam ejus superficiem et immensam terrarum spatia. Neque enim figura rotunda impedit quominus celos dicamus *extensos*, aut etiam terram.

VERS. 23. — **IRRITA FACIENS**. Inter cætera quibus

potentiam Dei commendat propheta, est, quòd *signa falsorum prophetarum et magorum, qui magne sunt auctoritatis apud exteras nationes, labefactat et infringat*; quæ sunt ex ta animalium, garrivus avium, somnia, et similia, quæ passim mendacia esse faciunt. Vocavit autem prophetas *baddim*, id est, *sectes* (ut quidam vir doctus vult), quia sunt veluti repagula communitatis. Quare sic interpretatur illud Jer. 50: *Gladius ad Baddim, et stultescent*; ubi et *Vulgatus divinos vertit*. Ego, etsi fateor interdum principes et magistratus *berikim* veteres in Scripturis vocari, nullibi tamen prophetas aut divinos *sectes* dici reperio. Nam in his duobus locis *magos* designari existimo et *eos qui necromantiam exercent*, dictosque *baddim*, quasi *solitarios*; hujusmodi enim homines solitudine gaudent, et absque arbitris incantationes suas peragunt. Juxta varias autem species hujus artis varia sunt etiam et signa, quæ omnia *irrita se facere* Dominus affirmat; ut hoc sit quod dicit Jeremias: *Stultescent Baddim Babylonici*. **CONVERTENS SAPIENTES RETROSUM**, vel quòd non audeant recto vultu stare cum inania fuisse sua consilia et inanes deliberationes aspicunt; vel quia, cum contrarium eventum earum rerum quæ expectabant, contrarias quoque cogitationes et contraria consilia inire cogantur. Hoc ferè est quod sequitur: **SCIENTIAM EORUM STULTAM FACIENS, seu inconstantem**. Non enim sibipsis constant, repugnante Deo, sed quæ paulò antè abjecerunt consilia rursum sequuntur. Sicut autem talem se exhibit impiis, sic qualem sui Deum experiantur jam explicabit. Hujus 25 versùs expositionem habes in hoc ipso propheta, infra 47, 45 et seq.

VERS. 26. — **SUSCITANS**, etc. Sicut impiorum consilia et sapientiam labefactat, ita etiam *verba servorum suorum stabilii et confirmat*. Existimo sanè quòd quando in singulari dixit *verbum servi sui*, de ipso Isaiâ intellexit, et de verbo de Jerusalem reedificandâ jussu Cyri. Quæ promissio una eademque est cum eâ quæ paulò antè processit et toto hoc capite tractatur, nempe redemptionis à peccato per Christum. Etsi enim materialis illa Jerusalem per Cyrum jussa sit edificari, et hoc Judæi expectarent illo tempore quo destructa jacebat, tanquam ingens beneficium, idque hoc loco Isaiâ promiserit, illius alterius spiritalis edificationis per Christum totum hoc typus quidam erat, ut in sequenti capite et aliis apparet. Cum ergo celos et cæteras creaturas ad decantandas Deo laudes, ob remissionem peccatorum provocasset, hocque esse opus Dei omnipotentis dixisset atque sapientis, promissionem quoque de reedificandâ Jerusalem inserit, ut hæc non corporaliter tantum sed etiam spiritaliter adimplendam intelligerent audientes. **HABITABERIS; EDIFICABIMINI**. Possunt per imperatorem verti hæc verba. **DESERTA SUSCITABO**. Ad verb., *siccitates erigam, vel suscitabo*. Hebraismus, ut jam admonui, *arboreas et ædificia* dicit *excitari* quando succrescunt. Promittitur ergo hic quod loca arida, quæ deserta esse solent, replenda sint arboribus et ædificiis; quod spiritaliter quoque intelligendum est. Meminisse etiam hoc

loco oportet interdum etiam desertas civitates Hebræis *excitatas* appellari et *siccitates*.

VERS. 27. — **PROFUNDUM**, seu *profunditatis*. Certè de Babylone est sermo, per quem fluebant flumina Tigris et Euphrates; quorum cursum avertit Cyrus, ut exciccato alveo subintrarent milites civitatem. Cum ergo de reedificandâ Jerusalem jussu Cyri ageret, meminuit quoque vastationis Babylonis per ipsum Cyrum; per quem Dominus in vindictam eorum quæ Chaldæi adversus Judæos et sanctam civitatem et templum patravenerant, Babylonem destruxit. Vide Jer. 50. Eiusdem autem potentie erat Babylonem in solitudinem redigere et Jerusalem reedificare, ejusdemque honoris utrumque Judæis nuntiari. Certè si seriem totam verborum attendas, ex omnibus beneficiis in Judæos collocatis, tam antiquis quam novis, intelliges fidem conciliare prophetam, ut sibi promittenti peccata per Deum delenda crederent: Scis, inquit, quisnam sit qui peccata tua auferat et à peccatis redimat? Ille certè qui te formavit ab utero; qui te ex Ægypto

CAPUT XLV.

1. Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, et dorsa regum vertam, et aperiam curam eo januas, et portæ non claudentur:

2. Ego ante te ibo, et gloriosos terræ humiliabo; portas aereas conteram, et vectes ferreos confringam.

5. Et dabo tibi thesauros absconditos, et arcana secretorum: ut scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel:

4. Propter servum meum Jacob, et Israel electum meum; et voca te nomine tuo; assimilavi te, et non cognovisti me.

5. Ego Dominus, et non est amplius; extra me non est Deus; accinxi te, et non cognovisti me;

6. Ut sciant hi qui ab ortu solis, et qui ab occidentem, quoniam absque me non est. Ego Dominus, et non est alter;

7. Formans lucem, et creans tenebras; faciens pacem, et creans malum; ego Dominus faciens omnia hæc.

8. Rorate, cæli, desuper; et nubes pluant justum; aperiat terra, et germinet salvatorem; et justitia oriatur simul; ego Dominus creavi eum.

9. Va qui contradicisti factori suo, testa de sanitis terræ; nunquid dicit lutum figulo suo: Quid facis? et opus tuum absque manibus est.

10. Va qui dicit patri: Quid generas? et mulieri: Quid parturis?

11. Hæc dicit Dominus, Sanctus Israel, plastes ejus: Ventura interrogate me; super filios meos, et super opus manuum mearum mandate mihi.

12. Ego feci terram, et hominem super eam creavi ego; manus meæ tetenderunt caelos, et omni militia eorum mandavi.

15. Ego suscitavi eum ad justitiam et omnes vias ejus dirigam; ipse ædificabit civitatem meam et captivitatem meam dimittet, non in prelio, neque in numeribus, dicit Dominus Deus exercituum.

redemit, qui omnia potest, qui sapientissimus est, qui nunc de Jerusalem reedificandâ promittit et Babylone everteudâ, quique hæc promissionem adimplebit, ut non possis non expectare illam alteram promissionem, quæ caelum et terram laudificabit, fore complendam. Atque hæc redemptionem volebat Dominus Judæi magni facerent, cætera autem ad hæc referrent tanquam umbras ad veritatem.

VERS. 28. — **QUI DICIT CYRO**, **RASTRUM MEUM**, id est, qui Cyrum mihi in pastorem insituro, et pastorem atque regem meum creo. Insignis est hæc propheta, in qua nomen ipsum exprimitur illius Persarum regis qui redire jussit Judæos ex Chaldæa. **Hunc suam pastorem** appellat Dominus, quòd Cyro usum est tanquam pastore, qui curam habebat ovium suarum, quique per omnia Domini voluntari paruit. Hoc multo antè prædici voluit Judæos ob eas rationes quæ supra commemoravi, et ut in sequentibus aperit, ne alteri Deo liberationem hæc adscriberent, infra 48, 5.

CHAPITRE XLV.

1. Voici ce que dit le Seigneur à Cyrus mon christ, que j'ai pris par la main, pour lui assujétir les nations, pour mettre les rois en fuite, pour ouvrir devant lui les portes, sans qu'aucune lui soit fermée:

2. Je marcherai devant vous; j'humilierai les grands de la terre; je romprai les portes d'airain, et je briserai les barres de fer.

5. Je vous donnerai les trésors cachés et les richesses secrètes et inconnues, afin que vous sachiez que je suis le Seigneur Dieu d'Israël, qui vous ai appelé par votre nom;

4. A cause de Jacob, mon serviteur, et d'Israël, mon élu. Je vous ai rappelés par votre nom; j'y en ai encore ajouté un autre, et vous ne m'avez point connu.

5. Je suis le Seigneur, et il n'y en a point d'autre, il n'y a point de Dieu que moi; c'est moi qui vous ai mis les armes à la main, et vous ne m'avez point connu.

6. Afin que, depuis le lever du soleil jusqu'au couchant, on sache qu'il n'y a point de Dieu que moi. Je suis le Seigneur, et il n'y en a point d'autre.

7. C'est moi qui forme la lumière, et qui crée les ténèbres, qui fais la paix, et qui crée les maux; je suis le Seigneur qui fais toutes ces choses.

8. Cieux, distillez de en haut votre rosée; et que les nuées fassent descendre le juste comme une pluie; que la terre s'ouvre et qu'elle gemme le sauveur, et que la justice naisse en même temps. Je suis le Seigneur qui l'ai créé.

9. Malheur à l'homme qui dispute contre celui qui l'a créé, lui qui n'est qu'un peu d'argile et qu'un vase de terre. L'argile dit-elle au potier: Que faites-vous? Votre ouvrage n'a rien d'une main habile.

10. Malheur à celui qui dit à son père: Pourquoi engendrez-vous? Et à sa mère: Pourquoi enfantez-vous?

11. Voici donc ce que dit le Seigneur, le Saint d'Israël et celui qui l'a formé: Interrogez-moi de ses choses futures; demandez-moi ce que je dois faire touchant mes enfants, et les ouvrages de mes mains.

12. C'est moi qui ai fait la terre; c'est moi qui ai créé l'homme pour l'habiter; mes mains ont étendu les cieux; et c'est moi qui ai donné tous les ordres à la milice des astres.

15. C'est moi qui l'ai suscité pour faire justice, et qui planterai devant lui tous les chemins. Il rebâtira la ville qui n'est consacrée, et il renverra libres mes captifs, sans recevoir pour eux ni présent, ni salaire, dit le Seigneur Dieu des armées.

14. Hæc dicit Dominus : Labor Ægypti, et negotiatio Æthiopiæ, et Sabam viri sublimes ad te transibunt, et tui erunt, potius ambulabunt, vincit manibus pergent; et te adorabunt, teque deprecabuntur : Tantum in te est Deus, et non est absque te Deus.

15. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator.

16. Confusi sunt, et erubuerunt omnes; simul aberunt in confusionem fabricatores errorum.

17. Israel salvatus est in Domino salute æternâ; non confundemini, et non erubescetis usque in seculum seculi.

18. Quia hæc dicit Dominus creans oculos, ipse Deus formans terram, et faciens eam, ipse plastes ejus; non in vanum creavit eam; ut habitaretur, formavit eam : Ego Dominus, et non est alius.

19. Non in abscondito locutus sum, in loco terræ tenebroso; non dixi seminari Jacob frustra : Quarite me. Ego Dominus loquens justitiam, annuntians recta.

20. Congregamini, et venite, et accedite simul qui salvati estis ex gentibus; nescierunt qui levant linguam sculpturæ suæ, et rogant deum non salvantem.

21. Annuntiate, et venite, et consiliamini simul; quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc prædixit illud? Numquid non ego Dominus? et non est ultra Deus absque me. Deus justus, et salvans non est præter me.

22. Convertimini ad me, et salvati eritis, omnes fines terræ quia ego Deus, et non est alius.

23. In memetipso juravi, egredietur de ore meo justitiae verbum, et non revertetur.

24. Quia mihi curvabitur omne genu, et jurabit omnis lingua.

25. Ergo in Domino, dicit, mea sunt justitiæ et imperium; ad eum venient, et confundentur omnes qui repugnant ei.

26. In Domino justificabitur, et laudabitur omne semen Israel.

14. Voici encore ce que dit le Seigneur : L'Égypte avec ses richesses, l'Éthiopie avec son trafic, et Saba avec ses hommes d'une haute taille, passeront vers vous; ils seront à vous, ils marcheront après vous; ils viendront les fers aux mains, ils se prosterneront devant vous, et ils vous prieront avec soumission, disant : Il n'y a de Dieu que parmi vous, et il n'y a point d'autre Dieu que le vôtre.

15. Vous êtes vraiment le Dieu caché, le Dieu d'Israël, le Sauveur.

16. Les fabricateurs de l'erreur ont tous été confondus; ils rougissent de honte, et ils sont couverts de confusion.

17. Mais Israël a reçu du Seigneur un salut éternel; vous ne serez point confondus et vous ne rougirez point de honte dans les siècles éternels;

18. Car voici ce que dit le Seigneur qui a créé les cieux, le Dieu qui a créé la terre, et qui l'a formée, qui lui a donné l'être, et qui ne l'a pas créée en vain, mais qui l'a formée afin qu'elle fût habitée : Je suis le Seigneur, et il n'y en a point d'autre.

19. Je n'ai point parlé en secret, ni dans quelque coin obscur de la terre; ce n'est point en vain que j'ai dit à la race de Jacob : Recherchez-moi, je suis le Seigneur qui annonce la justice, et qui apprendis ce qui est dans la rectitude et la vérité.

20. Assemblez-vous et venez, et approchez-vous, vous tous qui avez été sauvés d'entre les nations; ceux-là sont plongés dans l'ignorance qui évalent en honneur une sculpture de bois, et qui adressent leurs prières à un dieu qui ne peut sauver.

21. Parlez-donc, approchez-vous et prenez conseil tous ensemble. Qui a annoncé ces merveilles dès le commencement? qui les a prédites dès les premiers temps? N'est-ce pas moi qui suis le Seigneur? et il n'y a point d'autre Dieu que moi. Je suis le Dieu juste, et personne ne vous sauvera que moi.

22. Convertissez-vous à moi, peuples de toute la terre; et vous serez sauvés, parce que je suis Dieu, et qu'il n'y en a point d'autre.

23. J'ai juré par moi-même, cette parole de justice est sortie de ma bouche, et ne sera point vaine.

24. Que tout genou fléchira devant moi, et que toute langue jurera par mon nom.

25. Alors chacun dira : Ma justice et ma force viennent du Seigneur. Tous ceux qui s'opposaient à lui seront dans la confusion et s'en approcheront.

26. Toute la race d'Israël sera justifiée par le Seigneur, et elle se glorifiera en lui.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CHRISTO MEO. Nomine *meschia*, reges propter *unctionem* dicebantur. Cyrum autem *suum regem* vocat Dominus quod ab eo electus fuisset, et quod ad implendam voluntatem suam eum destinasset. Illi etenim reges qui servis Dei favent, qui eos in libertatem asserunt, qui hostes eorum oppugnant, digni sunt qui *Dei reges* dicantur. Verum enimvero quia de reductione captivitatis instituebat sermonem, de Cyro, per quem eos reducturus erat, plura dicendi cepit occasione, quod is esset Christi Domini typus et figura. Cujus APPREHENDI DEXTERAM. Ad verb. quem apprehendi per dexteram ejus. Notat autem hic gestus et ipsa loquendi forma proverbialis favorem et gratiam frequenter in Scripturis occurrit. Quis enim contingere audeat quem conspexerit à Deo per dexteram teneri? Adde quod est etiam gestus fœdus inuentum, dexteram dexterae jungere. Sive autem fœdus sive favorem intelligas, aperte sequitur : Ut SUBJICIAM ANTE FACIEM MEAM, etc. Hoc autem fuisse fœdus videri pote-

rat, ut Deus illi subderet Chaldaeos, ille autem liberum dimitteret populum Domini. Sed qui poterat Chaldaeos Persis subjicere, nonne poterat populum suum redimere? Quis hoc negat? Verum divinum consiliorum non est mei instituti causas investigare, sat nobis nunc sit quod qui robur et vires Chaldaeorum dissolvit, et audaciam ac vires Persis et Medis concessit, is ipse Cyri menti impressit ut populum Domini vellet eripere. Sunt qui scribunt, à Judæis fuisse Cyro hanc Isaïæ prophetiam enarratam, ex qua fiduciam debellandi Babylonios sumpsit, et libertatem captivis promiserit. Quod ut verisimile est ita in hunc quoque usum ante tot annos exarari hanc Scripturam, nomine *Cyri* apposito, et per manus Judæorum in Chaldaeam et Persiam deferri, Dominum voluisse, non erit absurdum credere. Vide infra v. 5, et seq. ET DORSÀ REGUM VERTAM. Quia Vulgatus *lumbos pro dorso* accepit, ideo verbum *phatnac* quod mox hoc ipso versu propria significatione transtulit

verbo *aperlendi*, hic *vertere* dixit. Qui enim tergant hostibus, ea iniecta et aperta percutientibus offerunt. Ego propriam significationem et nominis et verbi retinui. *Aperire ergo lumbos* est solvere seu dissolvere; quo utuntur Hebræi pro *infirmare robur*, vel *examare*, ut nihil supersit virium; sicut *lumbos accingere*, robur et agilitatem accipere seu dare in rebus agendis. Ut *APERIAM CORAM EO JANUAS*, etc. Hinc vides cui et robur et vires ac victoriam tribuere oporteat in bellis. Proinde regum ac ducum quorundam insipientiam cernere est, qui de placando Deo nihil prostris sunt solliciti. Et FORTE NON CLAUDENTUR, vel potius *claudantur*. Quædam quidem, quæ clause fuerint, statim aperientur; alia autem, quæ ante adventum hostium aperta fuerant, faciam ut adventante Cyro ne claudantur quidem, sed metu consternati Chaldaei liberum ingressum Persis et Medis permittant. Hæc patitur illi adversum quos Dominus pro hostibus propugnat; sicut non semel Judæis promiserat : *Se angelum daturum qui ipsos præcederet, qui terrorem suum præmitteret ante eos, atque crabones*, etc. Vide Exod. 23 : Dicitur autem Dominus ante illos isthac facere, qui præmittit terrorem, aufert consilium, etc. ideoque dicit :

VERS. 2. — EGO ANTE TE IBO; veluti Antesignanus, quem sequaris; vel ut præfectus castrametationis, et ut præcursores, qui an tutus sit progressus considerant, et si quid sit periculi advertunt; ut nihil sit quod timeas, dum me præcedentem sequeris. HUMILIABO. Est autem hoc verbum in secundâ, q. d. *rectificare*, seu *æquum et planum facere*; quasi significet quod ea facilitate percurreret universam Chaldaeorum provinciam ac si omnia essent plana, neque aliquid impedimentum præberent Cyro munitiones, etc.

VERS. 3. — THESAUROS ABSCONDITOS. Ego hebraismum retinui, quod ex Vulgata planus esset. Est autem *otser* à verbo quod *recondere* seu *includere* significat, diciturque tam de loco in quo continentur divitiæ seu res pretiosæ, quàm de ipsis rebus. Reconduntur autem sub terrâ, vel in locis ad quæ lux non penetrat; quare *thesauri tenebrarum* seu *obscuritatis* dicuntur non sine sale, quod illis Pluto, tenebrarum Deus præsideat, et quæ è tenebris eruantur in tenebris reponantur. Neque enim harum amicis sunt nisi qui et tenebras amant. Dicuntur etiam *arcana secretorum*, ego juxta hebraismum *thesauros absconditiorum*, id est, absconditos. Putarem autem ex hæc voce hebræa fluxisse illam que rabbinis frequens est; et quæ in Evangelio utitur Dominus, *mamon*, ablato *teth* è medio. Licet enim sit vox Syriaca *Mamona*, quia tamen mistum erat idioma ex Chaldaeo et Hebræo, et corrupte erant voces magnæ ex parte, quid mirum si ex *mamon* sit factum *mamon*? Ergo ab occultatione dicte sunt hæc voce divitiæ. Ut *SCIAS QUITA*, etc., id est, ut cum hæc omnia in tuam potestatem tradita videris, et me multo ante hæc tibi promississe noveris, expresso etiam nomine tuo, intelligas me esse verum Deum, ut qui te noverim antequam nascereris, et tuo te nomine vocarim, Ex quo et victoriam tibi à

me concessam poteris intelligere. Hebræis autem *to-care in nomine tuo*, vel *per nomen tuum*, cognitionem et peculiariter curam notat. Vide supra v. 1.

VERS. 4. — PROPTER JACOB, etc. Ex hoc loco videtur haberi, hanc scripturam Cyro manifestandam fore, ob quam gratiam Cyri inrent Judæi, cum videret apud ipsos repositum de se oraculum adeo faustum, et ipso rerum successu adeo comprobatum; ex quo posset quoque colligere quàm gratus esset ille populus Deo cœli, sequente nihil aliud esse quàm ministrum divinæ voluntatis ut populo illi beneficeret. Vide cap. 1 Esdræ. ET VOCAVI TE. Redundat interdum *vau* Hebræis, ut hoc loco; vel transferendum in verbum sequens, et *vocavi te*, *cognominavi te*; *provocavi te*, et *cognominavi te*. Sunt autem hujusmodi lingue sanctæ ornatus, quos cætera non admittunt. At ergo quod propter *Israelitas* nomen Cyri apposuerit aperteque *cognominaverit*, *regem suum* eum appellando, etc. Et NON COGNOVISTI ME, id est, cum non cognovisses me; antequam de me quiddam scires aut cogitares, ut qui nondum genitus esses.

VERS. 5. — ACCINXI TE. Hebr. in futuro, *accingam te*. Neque malè convenit significatio futuri, *accingam te*, armabo, expeditum faciam, ut strenuum militem, quo tempore etiam *me non cognovisti*. Sum quidem ego *solus Deus*, neque quidquam est præter me quod *numinis vel tantillum habeat*; interim ergo, dum me nescis, Deum non novisti. Attamen sic non agnitus à te, in te largus ero, et beneficium præveniam, te *accingam*, expeditum ad prælia te mittam, et meis auspiciis manus conserser.

VERS. 6. — UT SCIAM, etc. Cum vera Dei cognitio nostræ saluti omnino necessaria sit, et tam longè quispiam à salute absit quantum à Dei cognitione distat, nostræ salutis amantissimus Deus eam miris modis nostris sensibus ingerit. Passim ergo in Scripturis invenies inundationes, tempestates, subversiones, calamitates, castigationes, imò liberationes, victorias inexpectatas, et cætera hujusmodi; quæ homines non possunt non animadvertere in hunc finem à Domino fieri ut nemo tam hebes sit qui divinæ cognitionis non fiat particeps. Hi qui. Has duas voces supplevit doctus interpres ad perspicuitatem orationis. QUONIAM ABSQUE ME NON EST. Ego Hebræa utcumque expressi, quod *nihilum absque me*. Possumus etiam reddere quod non *amplius præter me*. Sensus idem est : Quod nullum sit nomen præter ipsum, qui omnia novit et disponit suâ providentiâ, quippe qui mundum ab initio condidit; hoc enim designat hic propheta.

VERS. 7. — Per opus primi diei, per creationem videlicet *lucis et tenebrarum*; quorum etiam potius meminit quàm *cœli et terræ*, aut cæterarum rerum, quod lux et tenebræ symbola sint in Scripturis prospere, ut aium, et adversæ fortune. Cum igitur calamitatis que oppressura erat Assyrios, et prosperitatis quæ fruturari erant Medi et Persæ, ac proinde Judæi quoque, se actorem esse testatum esse vellet, eleganti admodum allusione utrumque conjunxit pro

pheta. Eadem etiam dicitur: *Creans pacem et faciens malum*, ac concludens: *Ego Jehova facio universa hæc*, non solum in Assyria, sed ubicumque illa fieri contingat. Omnia enim illius solius sapientia ac providentia gubernantur. Neque enim fieri potest ut alius sit qui mundum condiderit, alius qui gubernet.

VERS. 8. — *ROBATE, COELI, sive desinite*. Cum magnificæ promissiones de Cyro præcessissent, cujus liberalitate Judæi consecuturi forent libertatem, et Jerusalem atque templum, Jehova regia, construendum, subito in hæc voces prorupit propheta: Quibus (si ex consequentibus licet coniecere) vota expressit eorum qui in captivitate positi adventum hujus divini salvatoris anxii expectabant, et diuturnitatem exilii agrè ferentes tantum non promissionibus prophetarum diffidebant, easque amplexantes talibus verbis referebant qualia Spiritus Dei, qui adventum Christi Cyri adventu præfigurabat, proferri jubebat; ut igno- rantes vbi dicerent, prophetarent, dum ortum et adventum Cyri coelis tribuunt, et *orturam simul salutem et justitiam in terrâ prænantiant*. Esi enim reditum Judæorum in Jerusalem et reedificationem sanctæ civitatis et templi summam perfectamque *justitiam* ipsi existimabant, et divinum hominem merito nuncupandum qui rem hanc conficeret, et quasi de celo lapsum, multo tamen aptius hæc omnia et singula verba in Christum Dominum ejusque adventum quadrant; id quod vel cæcis notum est. In historico igitur sensu mentem ad Christum attollas, christiane lector, et, velint nolint Judæi et nonnulli ex nostris, existimato hæc tanquam de typo de Cyro intelligenda esse, de Christo autem tanquam de veritate. Quotiescumque enim prophete verba inserunt historia rerum gestarum aut gerendarum que aptius rei figurata quam historice conveniunt, toties eam interpretandi rationem tanquam à Spiritu sancto profectam amplectendam putato que simul cum historia mysterium enarrat. PLUANT. Hebræis nasal est *fluere, stillare* seu *decurrere*; ac de aquis dicitur propriè, Num. 24, Deut. 52, etc. sique interdum activum, ut liceat vertere verbo *effundendi*. Ser. 9: *Palpebræ nostræ effundent aquas*; ergo hic *effusionem in similitudinem aquarum pluvialium* accipe. JUSTUM. In Hebræo est in abstracto, *justitia*; sed doctè Vulgatus, quia de homine loquitur, et mox Dominus respondet: *Ego Jehovah creavi eum, pro justo* accepit. Ortum enim ejus qui templum edificari juberet, et populum Domini libertate donaret, *ortum justitiæ* appellabant. GERMINET SALVATOREM. Paulò secus Hebræa habent, sed sensus ferè idem est; *iphphera*, id est, *fructificans*; est enim numero multitudinis, et ex elegantia prophetica orationis verbum *fructificatè ad celos* est referendum, verbum autem *oriatur* aut potius *germinare faciat ad terram*; quasi cum celos ac terram nominasset, coelis tribuisset *justitiam*, id est, *justum*, rursus coelis tribuat *salutem*, et terræ *justitiam*. Christus enim est Deus et homo ex Deo atque Adam ortus. Atque hanc sententiam in versione sum secutus. Pos-

sit tamen hæc aliter accipi, nempe ut verbum *fructificans* construatur cum duobus nominibus sequentibus, hoc modo: *Aperiatür terra, et fructificent se germinet) salus et justitia*. Sequitur deinde in Hebræo sine conjunctione *succrescere faciat* seu *germinare faciat, producat, videlicet terra*; quasi desit relativum hoc pacto, quæ nempe *salutem et justitiam, succrescere faciat terra*: propter variam tamen verborum acceptionem possunt sic etiam, neque ineptè, verba hæc construi: *Aperiatür terra, et fructificent (terra videlicet et coeli) salutem; et justitia succrescat simul*: et hunc sensum observavit Vulgatus, nisi quòd dixit *germinet pro germinet et salvatore pro salute*, sed sensu eodem. Nam Christus Dominus, nisi et dona ipsius, dici possunt *germen coeli et terræ*, ut qui de Spiritu sancto conceptus et de Virgine natus sit. In adventu quoque ipsius *miseriordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax osculante se mutuo sunt*. *Veritas de terrâ orta est, et justitia de celo proscissit*; quia dona cœlestia in terra germinabant; et cum per totum orbem coeli mellifluis fierent, tota terra replebatur misericordiâ Domini, et eadem erant divitiæ cœlestes atque terrestres, terrâ cœloque in unum regnum redactis. Hoc eodem modo verbum *ismac* in *hiphith* accipitur, Deut. 29: *Neque succrescet neque ascendet in eâ ulla herba, etc.* Ego DOMINUS CREAVI EUM. Si *justum et salvatorem* cum Vulgato legas, manifestum est ad eundem referendum pronomen *eam*; est enim in Hebræo masculini generis; neque dubium quin ad *Cyrum* referri debeat, de quo jam antea initio capituli dixerat; ut veli ex hoc loco intelligere possimus, in hoc versu octavo ortum Cyri hæc periphra- si et verborum ambage significari. Existimo autem esse Domini responsonem in his verbis, et his obturare ora mussitantium et querulantium de nimia redemptoris morâ ac tarditate; perinde enim accipiendi superiora verba sunt ac si dicerent captivi prophetis: *Quousque nobis adventum justissimi regis promittitis? quousque spes nostras indicabitis? «Delluant jam coeli, et aperiatür terra; progerminet salus et justitia in terrâ; succrescat cœlestes illi fructus, et veniat jam aurea illa ætas quam tantis verborum ambagibus nunquam nostris aurius non inculcatis.* » Ilis respondet Dominus: *«Ipse eum creavi; meum donum ac beneficium est ortus et adventus ejus; quasi insinuet propheta: Si Dominus est qui Cyrum format et qui sui liberalitate eum in assertorem vestræ libertatis dat, nonne ipsi committendum est negotium? nonne stultum fuerit ipsum negligentem arguere? Quis melius quam ipse dignoscere poterit opportunitatem adventus ipsius? Quare sequitur in prophetâ: *Væ cui contradicit, aut contendit, etc.* Possumus nihilominus verba hæc de ipso Israele accipere, cujus in exilio positi erant prædictæ querimonie: q. d. Dominus: *Ego hunc, quem sic querulantem videtis, creavi; meus populus est; hoc non animadvertens de me conqueritur; cui interpretationis satis aptè congruunt sequentiâ, et verbum in præterito, creavi.**

VERS. 9. — *Væ qui CONTRADICIT*, etc. Non tantum hoc loco sed plurimis aliis, atque eadem similitudine, reprimit Dominus curiostatem, temeritatem ac diffidentiam plurimorum qui sapientiores Deo esse volunt, et factorem ab ipso rationem exigere; quasi Deus aut ignoret aut nolit aut nequeat rebus nostris attendere ac providere: *Væ (aut O), miserum litigantem, disceptantem (seu contendentem) cum factore (seu formatore) suo*. Quod autem dixit veluti in genere, dicit mox exponendo in specie: *Testæ cum factoribus terræ, seu luti*. Væ testæ contententi cum figulo. Hic sensus planus est. Quòd si rationem interpretationis requiris, brevis sit habeto. Quod *heres cum puncto sinistro testa sit ex argilla figuli operâ facta*, nemo, credo, dubitabit, Levit. 6, Ps. 22, et supra cap. 50, etc. Plurale autem, quod hic habetur *karese*, quod pro ipsis *testis*, seu *vasis testeis*, qualia sunt Samia, Jerè omnes accipiunt, ego, abrasit punctis, ut participium accipi veluti *karas*, quod *urgere opus* significat, ut faciunt aratores et fabri; *operatores* dicere possemus. Unde dicitur de aratoribus supra cap. 28, et Ps. 129, et Job. 4, in hæc formâ regiminis *aratores iniquitatis, opifices, seu artifices, seu actores*, etc. Ita hic eos qui in luto laborant seu argillâ opus exercent, intelligo. Nam si pro *testis* accipias, reddendum est, *testæ cum testis terræ, vel telluris*. At testæ cum testis quæ excogitari potest contentio quæ ad rem faciat? Quare Vulgatus hoc secundo loco *eth*, pro *de* accepit, id est, *Væ testæ, quæ est de numero vasorum testaceorum, contententi cum formatore suo*, etc. Litem autem seu contentionem mox explicat. NUMQUID DICET LITEM, etc., id est, dicere solet: *Quid facis? aut: Quod tale facis? OPUS TUM ABSQUE MANIBUS EST*, id est, inutile est, nihil valet efficere, ut Deut. 52, ubi nos habemus: *Videbit quòd infirmata sit manus*, Hebr., *quando viderit quòd sit sine manu*. Sensus itaque est: *Et numquid dicit testa figulo: Opus tuum non habet manus? Vel manus pro ansis accipimus, per quas apprehenditur vas; nam has interdum hebraismus manus vocat, ut Exod. 26: *Dux manus erant in tabulâ unâ, etc.*, q. d.: *Dicite testa figulo: Opus tuum ansas habet? aut non habet? Quid me sine ansis (aut cum ansis) facis?**

VERS. 11. — *ILLE DICIT DOMINUS SANCTUS*, etc. In hunc modum dicit Jehova, Deus quem colit Israel, *plastes ejus*, qui eum veluti figulus formavit; Israel luto, est, ego plastes; Israelite filii sunt, ego verò

Pater. Non est ergo quòd mecum litigent Israelite, et quasi nihil non sint curæ conquantur. Taceant, ut argilla; subditi sint, veluti boni et prudentes filii. Hæc est eorum sors: Meum est illis providere. Atque ita que sequuntur, ironiam habent. INTERROGATE ME SUPER FILIOS MEOS. Stultum fuerit me rogare quid decreverim de filiis meis, quasi sit quispiam qui de illis plus quam ego sit sollicitus, quenam illis ventura sint, vel que illis immineant prospera vel adversa: stultumque fuerit *mandata mihi dare super opere manuum mearum*. Hebraismus: *Mandate me super opere, etc.* Vel *mandata date*, seu *commendate mihi opus manuum mearum*. Si sunt filii, si sunt Israelite opus manuum mearum, insipientis animi est vicem illorum quasi dolere, et me mordere quòd tantùm redemptionem differam. Quæ non solum de redemptione è Babylone, verum etiam à peccato per Christum, accipe: ut intelligamus, non esse respondendum illis qui curiosè querunt quid sit quòd non citius filii Dei in mundum venerit, etc.

VERS. 12. — *Ego FECI TERRAM, etc.* Hunc sensum videntur hæc habere: Sufficit quòd sciant me esse autorem et conservatorem universi, quòd *terram creaverim, et hominem super eam produxerim, et manibus meis celos extenderim, et universis sideribus mandata dederim*, quam unumquodque virtutum diffundat, quo tempore oriatur, et occidat, etc. Ex his, si ea norant, facilè colligent, soli mihi curam universi incumbere, et non esse cur quisquam presumat sibi sollicitudinem hanc usurpare, quasi alia ratione possit melius rebus humanis provideri quàm eâ que in actionibus meis conspicitur. Judæorum rebus tangor; eis, cum mihi visum fuerit, Cyrum, qui eos liberet, mittam. Quod hominibus universis magis expedit, me nemo melius novit. In plenitudine temporis mittam Christum meum. Nemo enim præter me creavit hominem; ergo nemo præter me tempus aptum rei hominum gerende.

VERS. 15. — *Ego SUSCITAVI EUM AD JUSTITIAM*. Quid sibi hæc littera velit manifestum est; nam supra dictum est v. 8, *Cyrum justitiam et justum* meritò dici. Interdum autem est Hebræis hæc vis propositionis *beth* ut motum designet, ut *ad*, in; atque sic eam accepit Vulgatus; possumus tamen eam pro cum accipere, et *justitiam* hic pro ipsâ *ratione divinarum consiliorum*, quæ æquitas est plenissima, estque ipsa ammissis et regula omnium que justè sunt. *Excitavi, inquit, eum summâ cum justitiâ et æquitate*, pensatis omnibus que in tam ardua re debent pensari, habitâ ratione et causarum et effectuum, temporis et loci nullâ circumstantiâ prætermisâ: vel: *Ego excitavi eum in justitiâ*, id est, eâ que meâ est bonitate, nullis provocatus meritis, sed tantum quia justus ego et sanctus sum; quare non est quòd quispiam querat quare non antea, quare non aliter, etc., sed quòd gratias agat. Neque rarò ita accipitur nomen *justitiæ* in Scripturis. *EDIFICABIT CIVITATEM MEAM*. Cyrus jussit edificari Jerusalem; Christus Dominus edificavit ecclesiam ex lapidibus vivis, camque suo sanguine et

meritis fundavit, erexit, et summo angulari lapide clausit, nosque *cives sanctorum et domesticos Dei* efficit. Cyrus *demogratiorem* seu *exilium*, id est, exules et captivos Judæos, liberos *emisi*: Christus Dominus de potestate tenebrarum nos in *admirabile lumen suum perduxit, non corruptibilibus, auro vel argento, sed pretioso sanguine suo*, etc., ut est apud Apostolum.

VERS. 14. — LABOR ÆGYPTI, etc. Quamto congruentius superiora Christo Domino quam Cyro Perse aptentur, hæc jam ostendunt. Nam si de reditu ex Babylone, si de ædificatione civitatis corporeæ tantum erat sermo, ergo resitutus Judæis et ædificata Jerosolymâ *Ægyptus et Æthiopia*, quæ ultra *Ægyptum* est, servi Judæorum fuerunt: quod tamen nunquam factum est. Nam quod quidam hic afferunt, exercitum Chaldæorum diripuisse *Ægyptum et Æthiopiã*, asportasseque eorum divitias, quas Judæi, deletis per angelum Assyris, possederunt, nihil ad rem facit. Quòd si adhuc hæc futura sperant Judæi, quoniam pacto hæc si conjungit Isaias ut alterum post alterum mox futurum significet? At si libertatem per Christum in superioribus in mentem venisse propheta existimas, agnosces planè rerum consequentiam, sicut et verborum. In fidem enim Israelitarum, id est, electorum ex Israele, *transierunt Ægyptii et Æthiopes*, quos *Abyssinos* nunc dicimus, qui et *Lebam* per *Samek*, appellantur; omniaque sua cum fide Christo Domino obtulerunt, ut veluti captivi Apostolorum viderentur. Figuratè enim hæc accipienda sunt. Nam seipsum tradebant primum illi Christiani; et animas, et omnia, oculosque, si oporteret, eruisent, ad promovendam Christi et discipulorum ejus gratiam. Non nihil quoque honoris verisimile est detulisse *Ægyptios* et vicinas nationes Judæis; cum eos libertate donatos et in regnum gratis restitutos vidissent, etc. *Labor Ægyptii*, id est, quæ labore sibi pepererunt *Ægyptii*; vel potius: *laboribus dediti Ægyptii*, et *negotiosi Æthiopes*, divites ex labore et agriculturâ. *Ægyptii* divites ex *industria et negotiatione*, *Æthiopes cum Sebam viris proceræ staturæ*. Ad *TE TRANSIBUNT*. Deserentes suam religionem, et fidei tue adherentes. Optimè *77* pro *N* accepit Vulgatus. VINCTI MANICIS. Sensum reddidit Vulgatus. Hebr., *cum manicis*. *Zikim vincula* sunt quæ manibus inseruntur, dicta quasi *retinacula* vel *apprehensura*. Designent autem omnimodam subjectionem; quod indicant verba sequentia, *incarnationis, supplicationis seu interpellationis*. Quòd autem subjectio illa non violenta sed ex agnitione veræ fidei oritura esset, figuratè accipienda sint hæc, et non de corporali servitute, confirmant quæ sequuntur: *TANTUM IN TE EST DEUS*, vel, *profecto in te est Deus*. Vos soli estis qui verum Deum colitis; tantamque dignitatem et splendorem habet vestra isthæc vestra cognitio, ut dignum iudicemus vos pro dominis colere, nosque felices reputemus si vobis inserviamus. O vos felices, inter quos Deus inhabitabit! Id ex libertate quæ donati estis intelleximus. Quis enim posset homines sic liberos reddere et omnibus

affectibus imperantes nisi verus Deus? Vides ut sanctitas Apostolorum gentes ad fidem pertraheret? Merito profectò nobis adscribuntur et attribuntur gentium infidelitas et blasphemia. Nam si in Christianis eam à peccatis libertatem et affectibus purgatam mentes conspicerent barbari, manus eorum nullæ sic manice, pedes nulla sic vincula, constringerent, exclamarentque: *Verè in vobis est Deus*. Et non est ASSUERE TE DEUS. *Et non amplius, nisi Deus*; sic sonant Hebræa, id est, et non amplius alius Deus quærendus nisi is Deus qui in te est; vel: Nihilque aliud est cui tuam libertatem tantamque felicitatem possimus adscribere, nisi Deo tuo. Nihil amplius, nihil ultra, nihil omnino in te relucet nisi Deus. Quis nisi Deus sic animum hominis immutare posset! Quibus viribus sic semetipsum homo sic affectus domare? Quis sic posset mundum de immundo conceptum semine reddere? Quis tot simul homines deos quosdam reddere posset nisi Deus? Non vobis arma non exercitus, non eloquentia hæc dignitatem pepererunt. Solus in vobis conspicitur Deus, vestrae libertatis ac dignitatis auctor. Nemo Deo vestro hæc gloriam præcipiat: *Nihil in te nisi Deus*. Hoc planè est quod Paulus dicebat, *non se prædicare Evangelium verbis qualia eloquentia effingeret, ne evacuaretur crux Christi*: atque ita in Paulo glorificabant Deum. Hæc Israeli dicta interpretati sumus, neque præter morem Scripturæ. Nam quòd Israeli supplicarent et ipsum deprecarentur gentes, non uno loco tantum habes. Hæc autem oratio de quo hic fit sermo est protestatio fidei in Christum, in quam hoc explicat; proinde vellent se in ejusdem fidei gremium recipere, Verum quam obnixè id peterent explicat cum ait: *Post te ambulabunt*. Et infra videbis quòd reges videntes assurgerent Israeli propter Deum, qui ipsum elegerit, etc. Fateor tamen aptissimè ad ipsum Dei Filium hominem factum posse referri, in quo agnoverunt esse Deum, juxta illud Pauli: *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi*, etc., neque alium posthæc velle se Deum nisi ipsum; vel virtutem ejus admirantes dicebant se *nihil nisi Deum* in ipso videre, etiamsi hominem intuerentur. Cyro autem hæc quam malè convenient non opus est dicere. Quæ verò sequuntur, aliquæ ex parte confirmare videntur gentes cum Christo Domino loqui; nisi dicas quòd vertant orationem ad Dei Filium postquam gloriam Apostolorum admirati sunt.

VERS. 15. — VERÈ TU ES DEUS ABSCONDITUS, sese *abscondens*; quo significant Deum suapte naturâ invisibilem, et naturæ humanæ captum excedentem, juxta illud: *Qui lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed neque videre potest*. Hoc autem dicunt ad differentiam deorum gentium, quos digito ostendere et oculis videre possumus. Hunc Deum *absconditum* et mundo *ignotum* prædicare se dicebat Paulus Atheniensibus, qui aram habebant *Deo ignoto* inscriptam. Verùm enim verò sermo hic Christum Dominum aptissimè quadrat, in cuius Ecclesiâ ac discipulis cum dixissent Deum inhabitare, et *nihil nisi*

Deum in eis relucere, vel etiam in Christo, statim ejus divinitatem oculis corporis *absconditam* alunt, et tantum operibus sese reddere conspiciunt. Unde sequitur, *Deus Israelis, qui salvas*, quasi ex hoc significarent quòd, licet *absconditus* esset, cum tamen agnoscerent, vel ex eo quòd salutem contulisset, liberassetque homines, etc.

VERS. 16. — CONFESI SUNT. Omnes qui hactenus fideiis diis confidebant et eorum partes tuebantur; Babylonii, qui suorum deorum auspiciis putabant se de cæteris regnis victoriam reportasse; impii quoque ex Judæis, qui Deo vero diffidebant, et contendos esse deos cum gentibus saluti ducebant quam à Deo, quem non videbant, pendere; omnes denique tam artifices idolorum quam cultores eorum, visâ liberatione Judæorum per Cyrum, sicut in Scripturis ipsorum Deus ille invisibilis multo antè prædixerat, *puodore affecti sunt et ignominiosi redditi, et cum ignominia, sive præ ignominia*, aliorum aspectum expectare non ausi sunt, sed *cum ignominia abierunt*, etc. Vocat autem *idola angustias* *isirim* pro contemptum, quòd quia colant in conscientia semper premanur, saltem non habeant eam animi hilaritatem quam qui sperant in Deum vivum et verum. Nam verum numen cor confirmat et in mediis afflictionibus spe alit et surrigit mentes; at falsa numina, ut immola in sese sunt, ita nihil prorsus efficiunt, etc. Si autem ad Christi tempora hæc referas, vides ruinam idololatriæ hic prænotari, manifestumque fore quòd solus Israel verum Deum coleret, cum juxta promissiones illi factas Christus ex ipsis prodierit, qui sicut homines à peccato asseruit, ita cultum idolorum è mundo abstulit, ut pudeat Veneris, Jovis, Mercurii, cæterarumque abominationum meminisse: ille enim cultus flagitia et pestem terris attulerat: at

VERS. 17. — ISRAEL SALVATUS EST, etc. Fructus idololatriæ, imò omnium peccatorum, fuit *pudor et confusio* atque *ignominia*; at *Jehova* cultus attulit *salutem*, eamque seculorum, id est, sempiternis seculis duraturam. Quo fit ut qui ex Israele servati fuerint, nunquam in æternum pudore sint afficiendi aut ignominia. Quis non videat, nisi planè impius fuerit, *hæc salutem* quam veri Israelite per Christum consecuti sunt decantari? Numquid salus illa quæ per Cyrum et Darium contigit Judæis hos titulos promeretur? Quam parùm enim durârît illa libertas atque felicitas quis ignorat? Certè plures et graviore calamitates passi sunt Israelite per trecentos illos annos post reditum è Babylone quam ullum unquam regnum perpersum quisquam audierit. Lege Josephum, aliosque scriptores, quanta mala experti sint ante Machabæos, imò sub ipsis Machabæis, usque ad Herodianorum imperium. Quid quæ secuta sunt commorem? Quòd autem de Cyro loquatur Scriptura non negabunt Judæi; quomodo ergo hæc coherent! Certè salus æterna à Deo vero veris Israelitis contigit, in æternum duraturam. Nam neque umbræ mortis neque inferorum portæ prævalebunt adversus civitatem

quam Christus Dominus ædificavit, et templum quod ipse restauravit.

VERS. 18. — QUA HÆC, etc., q. d.: Meritò hæc dico, quòd Domini sit salus, ipseque salvaverit Israelitem; idola autem neque Israelitem neque alios salvaverunt. Nam ipsius sunt hæc verba: *Deus, qui formavit coelos et terram, certè non creavit eam ut inanis et vacua, vasta et inordinata perpetuò esset, sed in hoc eam creavit ut homines super ea habitarent*. Ego sum ipse Deus, neque alius est; qui et hoc dico, et hoc feci; et terram ut habitaretur creavi. Cui ergo alteri adscribi debet salus? Aut quis alius putandus est reducere exules Israelitas in terram suam? Ego expuli, ego reduco. Illic vides quòd indifferenter utatur hebraismus verbis *creandi, fingendi ac faciendi, bara, iatar, asa*. Non frustra, *Vox thaur*, quem diximus significare *inordinationem, indigestionem, indispositionem*, ubi nihil distinctum designatumque, quando verbo jungitur, adverbium fit, ut versus seq., et infra 49, sic hoc quoque loco cum Vulgato possumus accipere, et pro nomine accipere: *Non inordinationem creavit eam*, id est, ut inordinata et rudis perpetuò esset.

VERS. 19. — NON IN ABSCONDITO. Mihi, inquit, adscribenda est hæc reductio, cuius fuit etiam ipsa introductio Israelitarum in Palestinam; siquidem pactum quod cum eis pepigi publicum fuit, non in *abscondito*, sed in monte excelso, magnis cum tonitruis, audiente infinitè propè multitudinem, quæ in planitie monti subjecta stabat, non sicut magi et incantatores in locis *subterraneis*, sed clara voce, lucente sole, cum Israelitis foedus saxi: *Quòd si mihi obdierint, possiderent terram quam patribus promiseram; sin me desererent, et idola colerent, è terra illa ejicerentur citò; neque eos terra illa sinerent*. Non eos fidei meæ astrinxit, non proposito ullo præmio; sed possessionem Palestinæ, pacem et quietem in patriâ illis pro præmio pollicitus sum. Sum enim *justus*, et pacta mea æquitatis sunt plenissima. Quis ergo putandus est Israelitem in patriam reducere? Ad priora verba hujus versus alludit Dominus in Evangelio: *Ego palam locutus sum mundo, et in abscondito locutus sum nihil*. Sedbetorum enim et veritatem atque æquitatem odientium sunt laibala et conventicula, etc.

VERS. 20. — CONGREGAMINI, etc. Vos igitur omnes qui nunc è Babylone fugistis et è captivitate evadistis, convenientes simul omnes, afferite, si quid habitis quod lis quæ dixi opponatis pro causâ idolorum; si quid ab ipsis gentibus apud quas exsulatis didicistis, si quid numinis, quando in exilio eratis, in dolls ipsarum experti estis, adducite in medium. At frustra id tentabit; miseri enim illi et commiseratione dignissimi sunt, ut qui veluti sensu communi careant; nam suis ipsorum manibus *levant eriguntque lignum sculptilis sui*; et ad illud ipsum quod sua operâ stare fecerunt *preces fundunt tanquam ad Deum*; cum tamen *salvare nequeat alios qui seipsam erigere non potuit*. Quod Vulgatus dixit *qui salvati estis ex gentibus*, Hebræi *evasores gentium* dicunt;

quod docet Vulgatus interpretatus est: *Qui evaditis (vel evasitis) ex gentibus. Sunt qui salvatores gentium interpretantur, quasi ad deos et cultores eorum sit sermo; sed non videtur convenire; neque activè accipi nomen illud alicubi inveni. Vel certè ut ad omnes omnium gentium homines qui ex periculis et calamitatibus eripiuntur et evadunt est sermo; q. d.: Quicumque hominum evaditis ex quovis periculo, dicite, si quid auxilii ab idolis experti estis, deinde quasi per parenthesis inseratur. NESCIENT, etc. Quasi sit correctio quædam, quid eos voco aut compello? Scipites et saxa sunt potius quam homines qui levant, etc.*

VERS. 21. — ANNUNTIATE, etc. Orationem, quam intruperat, gentium sortem commiseratus repetit. Nam quod hoc versu tenite dixit Vulgatus, est verbum *hiphil hagischu, accedere facite*, id est, afferre; videlicet, quod versu superiori initio dixi: Quod si opus fuerit deliberationibus et consultationibus, id etiam ne omittatis, sed in medium consulte, ut unus afferat quod alteri excidit, vel quod alter non animadverit. Atque inter consultandum hanc in primis questionem agitate: *Quisnam ante multos annos prædixerit eripendos Israelitas è captivitate Babylonis per Cyrum regem Persarum; nam si ego ipse Jehova, quem Israel colit, solus id futurum prænuuntiavi, quis jam dubitandi locus quod non sit Deus alius sanctus et Salvator nisi ego?* Ergo

VERS. 22. — CONVERTINI AD ME, etc. Ad verb., *ritum (seu faciem) vertite*, seu dirigite. Cum enim alios deos queritis, et aliis rebus fiditis, Deum post tergum relinquitis. Quod si illos deseratis, et in me num. intenderitis; tanquam in verum et solum Deum, ut jam ipse res clamant; quemadmodum Israelitas præter hominum opinionem ex Babylone liberavi, sic omnes à me liberabimini et verà libertate donabimini per Filium meum, ut sitis verè liberi et salvati.

VERS. 23. — IN MEMET IPSO JURAVI, vel, per memet ipsum. Quod paulò antè consulere hominibus videbatur ut facerent, id veluti laxatis suæ bonitatis habenis jam se facturum non solum promittit sed et jurat. JUSTITIE VERBUM. Hebr., *justitia, verbum*. Senus idem: *verbum quod verissima est justitia*. Vel sumitur hic *justitia*, ut non rarò Hebræis, præ ipsa *beneficentiâ et animo ad beneficiandum propenso*. Significat ergo, quod dicturus erat, esse haud vulgarem gratiam, sed votis omnibus expectandum beneficium. Possumus et simpliciter accipere ut voces sonant, quod juret Deus daturum se mundo justitiam, quæ est ipsius verbum. Est enim Christus Dei Filius justitia et verbum patris; quod non rediit vacuum, ut infra apertius dicitur, sed *inheravit terram et fecundavit*, etc. Et non revertetur. Hebr., *non erit irritum*, etc. Si hoc non est expositio ejus quod dixerat: *Non revertetur*, juxta ultimo loco allatam expositionem, dicendum est explicari hic quidam juravit, et quod sit illud *verbum justum, misericordiarumque plenum*. Quod autem Christo Domino

omne genu flectendum sit, etc., affirmat Paulus ad Rom. 14, dicens: *Omnes sistetur tribunal Christi. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo. Confteri autem Deo est Deo honorem dare et Deum prædicare; quod fit dum per eum juramus. Nam per eum quem Deum credunt homines jurare solent. Cæterùm ad Philippenses hæc eadem verba adducens, licè talid agat, manifestè notat, etiam ante Judicium in nomine Jesu omne genu flecti, celestium, terrestrium et infernorum; quod consecutum dicit Dominum Jesum per humilitatem quæ se depressit, accipiens hominum formam et habitum servi. Ergo dum jurat facturum se quo sibi curvetur omne genu, jurat se formam servi accepturum, etc., quod verbum et misericordia et justitia et sanctificatio. Scimus autem non rediisse inane hoc verbum Domini, et in toto orbe ab angelis, ab hominibus et apostatis spiritibus Dominum Jesum pro Deo habitum. Porrò agnate divinitatis symbolum est *curvatio omnium genuum, et juramentum*. Omnium autem more Scripturæ intelligitur, id est, plurimarum gentium.*

VERS. 24. — ERGO IN DOMINO, MERT. Illud dicit duabus virgulis includendum est. Senus Vulgatæ versionis hic est: *Ergo omnis lingua dicet; in Domino sunt meæ justitiæ et imperium sui robur; utrumque enim dictio o. notat, quasi agnoscat quod per Christum advenierint homini justitia et vires ad resistendum peccato. Hunc locum torquent luxantque Lutherani, ut probent in nobis nullam esse justitiam, sed extra nos, videlicet in Christo et per ipsius justitiæ nos imputationem salvari. Sed locus illis non favet; non potest enim veritas mendacio patrocinari. Et quidem nemo negat in Domino Jesu sitam esse, id est, ab ipso pendere, justitiam nostram. Ab ipsius enim justitiâ seu plenitudine promanat justitia nostra, ut rivuli ex fonte. Quemadmodum autem rivuli aqua fontis aqua dicitur et rivuli, ita nostra justitia nostra est, et ab ipso Christo dimanat. Neque hoc est Christo Domino derogare, sed omne nostrum bonum illi ascribere, ut qui per Dominum et in Domino justitiam nos habere fateamur. Sed aliter redeo. Potest et alter subesse sensus, videlicet ut exprimat quibus verbis jurabit et Deum confitebitur omnis lingua: *Certè per Jehova dicit mihi, id est, dicit absque dubio, quando juraverit, per Jehova, per Jesum Christum; ita omnes in meam gratiam dicent*. Nam illud mihi vel Hebræo more redundat, vel valet in gratiam meam. Dicent etiam: *Justitiam et imperium ad eum venient*, id est, ipsius est justitia seu laus justitiæ, et ipsius est imperium. Ut sit expositio ejus quod dixerat: *Mihi curvabit omne genu*. Dum enim conitetur Christum Dominum in cælis esse, in dextera Dei sedentem, eum justum, et ponens ipsum esse imperium confitemur. Unde Paulus, Phil., 2, hæc duo conjunxit, *ut in nomine Jesu omne genu flectatur, et omnis lingua confiteatur quia Christus est in dextera Dei Patris*. Et Dominus in Evangelio Joannis exponens de quânam justitiâ Spiritus sanctus *convincret mundum*, ait: *Ego ad Patrem vado, et jam non**

videbitis me. Convineat, inquit, mundum et aperit confirmabit me justum fuisse, et regnum spirituale auspiciatum, in cælum me recepisse. Verit autem venit: nam in Hebræo singulare est *iabo*, et constructur cum non in *oz*, *firmitudo, robur, regnum, imperium*. Neque distinctio rabbinorum memoratur. Ac autem veritè certè. Nam initio orationis est affirmativa particula vel adversativa. Vulgatus pro illativâ accepit cum Græcis, ut in loco Psal. 75: *Et dixi: Ergo sine causâ justificavi, etc.*, ubi affirmantis quoque esse potest. Est quoque in his verbis alius sensus hand abjiciendus, ut hic versus sit pars juramenti: *Dicit itaque Jesaias: Profecto Jehova dicit, per Jehova; (nam hoc est per semetipsum jurare) mihi sunt justitiæ et imperium: id est, ego sum justus, et justificans, ut inquit Paulus. Extra me non est justitia, neque justificatio. Quem ego non justum pronuntiavero, non est justus; cui non imputavero peccatum, justus et beatus est. Meum quoque est imperium et regnum, omni-que potestas; ut auferre regnum, et dare, cui vultero, possim. An non sunt iste voces Domini Jesu Christi, qui sibi datam universam potestatem post resurrectionem dicit in cælo et in terrâ? Juxta quam concedit discipulis ut quorum remitterent peccata, remissa forent? Certè ipsius sunt justitiæ et imperium. Quæ autem sequuntur verba sunt prophete, quæ ita verti possunt, *ad se adducet, et pudefent omnes qui exardeant in eum, vel exardescant in eum, qui repugnant, qui rebelles sunt; quod in die judicii futurum manifestum est. Quamvis sit et in hæc viti confusio, quæ adducit gloriam; sed non videtur de hæc esse sermo. De electis enim sequitur per antithesin: In**

CAPUT XLVI.

1. Contractus est Bel, contritus est Nabo; facta sunt simulacra eorum bestiis et jumentis, onera vestra gravi pondere usque ad lassitudinem.
2. Contabuerunt et contrita sunt simul; non poterunt salvare portantem; et anima eorum in captivitate tenet ibi.
3. Audite me, domus Jacob, et omne residuum domus Israel, qui portamini à meo utero, qui gestamini à me vulvâ.
4. Usque ad senectam ego ipse, et usque ad canos ego portabo; ego feci, et ego feram; ego portabo, et salvabo.
5. Qui assimilastis me, et adæquastis, et comparastis me, et fecistis similem?
6. Qui confertis aurum de sacculo, et argentum statera ponderatis; conducentes aurificem, ut faciat deum; et precipidunt, et adorant.
7. Portant illum, in humeris gestantes, et ponentes in loco suo; et stabit, ac de loco suo non movebitur. Sed et cum clamaverint ad eum, non audiet; de tribulatione non salvabit eos.
8. Memento istud, et confundimini; redite, præcatorum, ad cor.
9. Recordamini prioris seculi, quoniam ego sum Deus, et non est ultra Deus, nec est similis mei;
10. Annuntians ab exordio novissimum, et ab initio

*Jehova justificabuntur, etc. Quod autem iabo, ac si esset in hiphil, verbo adducendi reddidi, nè cuiquam mirum videatur; nam Hebræi interdum verbis prima pro tertia utuntur: et in hoc ipso verbo jam exempla supra vidimus. Congruit autem hæc sententia cum illis verbis Domini in Evangelio Lucæ in parabola, in qua Dominus ut rex introduceret. Post quem tamen abeunt civis ejus, qui eum oderunt, legationem miserunt, dicentes: *Notamus hunc regnare super nos. At quando rediit, dixit: Inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite ad me, et interficite ante me.**

VERS. 25. — IN DOMINO JUSTIFICABITUR. Adversarii pudefent, at Israelitæ justificabuntur, id est, justi pronuntiabuntur, ut nemo condemnare audeat quem Deus justificat seu absolvit, ut est apud Paulum. Idem autem est Deum absolvere seu justificare et in Deo justificari seu per Deum. Ad justificati per Deum qui fieri poterit ut non laudentur? Certè neque ipsi adversarii laudes eorum recitare poterunt, cum viderint eos quos hic deridebant, inter filios Dei computari, et sortem cum angelis Dei accipere. Per universum verò semen Israel intellige non filios carnis, sed promissionis et fidei. Adde quàm infinita quoque multitudo Israelitarum etiam secundum carnem ad Christum et regnum ejus pertinet, et his novissimis diebus quotidie ex Israelis semine plurimi salvantur. Adimpletur enim illud Pauli: *Cum ingressa fuerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel salvus fiet. Jam plenitudo gentium intravit, jamque plurimi Israelitæ cum eis et post eos ingrediuntur; ut non alia illorum conversio fortè expectanda videatur quàm que quotidie fit.*

CHAPITRE XLVI.

1. Bel a été rompu; Nabo a été brisé; les idoles des Babyloniens ont été mises sur des bêtes et sur des chevaux. Les dieux que vous portiez, lassent à présent par leur grand poids les bêtes qui les emportent.
2. Ils ont été tous rompus et mis en pièces; ils n'ont pu sauver ceux qui les portaient, ils ont été eux-mêmes emmenés captifs.
3. Ecoutez-moi, maison de Jacob, et vous tous qui êtes restés de la maison d'Israël, vous que je porte dans mon sein, que je renferme dans mes entrailles.
4. Je serai toujours le même jusqu'à la vieillesse, je vous porterai jusqu'aux cheveux blancs; je vous ai créés, et je vous soutiendrai; je vous porterai, et je vous sauverai.
5. A qui m'avez-vous assimilé? A qui m'avez-vous égalé? A qui m'avez-vous comparé? Qui avez-vous rendu semblable à moi?
6. Vous qui tirez l'or de votre bourse, qui pesez l'argent dans la balance, et qui prenez un orfèvre afin qu'il vous en fasse un dieu, et ensuite on se prosterne devant lui, et on l'adore.
7. On le porte sur les épaules; on s'en charge, et on le met en sa place; il y demeure, et il ne bougera point. Lorsqu'on criera vers lui, il n'entendra point, et il ne sauvera point ceux qui sont dans l'affliction.
8. Souvenez-vous de ceci, et rongissez-en; rentrez dans votre cœur, violeurs de ma loi.
9. Rappelez en votre mémoire les siècles passés; reconnaissez que je suis Dieu, qu'il n'y a point d'autre Dieu que moi, et qu'il n'y en a point de semblable à moi.
10. C'est moi qui annonce dès le commencement ce qui doit arriver à la fin, et qui prédis les choses

que necdum facta sunt, dicens: Consilium meum stabili et, omnis voluntas mea fiet;

11. Vocas ab oriente avem, et de terrâ longinquâ virum voluntatis meae: et locutus sum, et adducam illum; creavi, et faciam illum.

12. Audite me, duro corde, qui longè estis iustitia.

13. Prope feci iustitiam meam, non elongabitur, et salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, et in Israel gloriam meam.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — **CONTRACTUS EST**, etc. Ubi Christum regnaturum dixit erepturumque suos à captivitate peccati, cuius typus erat Cyrus, iam idolis, quorum cultum religio christiana abegit, insultare videtur propheta; cuius rei etiam captivitas deorum Babyloniorum typus erat. **Vulgatus contractum dixit pro incurvatum**. Nam tunc idola, quae nec juncturas neque flexibile dorsum neque genua habent, incurvari dicuntur quando confringuntur. Hoc idem verbum **Vulgatus**, Gen. 49, verbo **requiescendi** reddidit: **Requiescens accubisti ut leo**, et Num. 24, verbo **accubandi**: supra tamen 10, 4, verbo **incurvandi** proprie reddidit, et 45, 15. Notum autem est, **Hel** fuisse idolum Babyloniorum. Hoc Ninum aiunt exresisse, ut patrem suum rortuorum pro Deo colerent. Vide Dan. 44. De **Nabo** quoque nihil certi afferunt, nisi quod ex hoc loco idolum aiunt fuisse apud Babylonios. Civitatem ejusdem nominis in terrâ Moab supra, et in Jeremiah habes, et in libro Numerorum cessisse in sortem filiis Ruben **Nabo** cum aliis civitatibus quae erant in regno Seon regis Amorrhæorum et Og regis Basan, Num. 32 et 55. **Nabo** autem Babyloniorum nusquam nisi hoc loco legitur. **CONTRITUS EST**. Verbum **caras** seq. versu **Vulgatus** reddidit **contabuerunt**: neque alibi legitur in Scripturis. Ex nomine autem derivato et contextu videtur habere cognationem cum verbo **incurvandi**. Quia verò idola ex auro vel argento erant, quae Medi et Persae milites non ut colerent sed ad alios usus deferrebant, et ut melius deferri possent, ex parte contabebant, idcirco verba **fleclendi, contorquendi** seu **incurvandi** illis tribuit propheta; quae verba si rebus vivis adaptantur, dolorem notant, quem fortè irrisorie illis tribuit propheta, sicut mox **animas eorum** mentionem facit. **FACTA SUNT SIMULACRA EOREM**, etc., vel, **fuertint bestias et jumentis**, sup. **imposita**: vel, **fuertint jumentis**, id est, jumenta ea habuerunt, et in potestate umentorum fuerunt, veluti sors eorum. **ONERA VERA GRAVI PONDERE**, etc. **SENSUS** idem est; ego tamen Hebraea ad verbum reddidi: **Gestamina vestra imposita**, sup. **fuertint, onus ad lassitudinem**, seu **defatigationem**, id est, valde oneroso. Videtur autem esse sermo vel ad ipsa idola vel ad ipsos idololatrias; et **gestamina** vocat ipsa idola ad gestandum aptata.

VERS. 2. — **CONTABERUNT, ET CONTRITA SUNT**. De his duobus verbis dixi versu superiori, et, ni fallor, hic ad **jumenta** referenda sunt, quòd **jumenta repanda facta sunt et incurvata sunt pariter cum ipsis idolis, et sub onere corruerunt; neque onus ipsum à se**

longtempus avant qu'elles soient faites. Toutes mes résolutions seront immuables, et toutes mes volontés s'exécuteront.

11. J'appellerai de l'orient un oiseau, et d'une terre éloignée un homme qui exécutera ma volonté: je l'ai dit, et je le ferai; j'en ai formé le dessein, et je l'accomplirai.

12. Ecoutez-moi, cœurs endurcis, vous qui êtes loin de la justice.

13. J'ai fait approcher le temps de montrer ma justice; je ne le différerai pas, et le salut que je dois envoyer ne tardera plus. J'établirai ce salut en Sion, et ma gloire dans Israël.

potuerunt excutere; hoc enim vocat hebraismus **facere evadere**. Non tamen abjicio sensum **Vulgati**, quòd **idola contusa et in onus aptata non potuerunt servare portantium**; ut **salvare onus** sit **facere ut jumenta non deficerent**; ut hoc sit **salvare portantem**. **ET ANIMA EOREM**. Hoc de **ipsis idolis** interpretatur, quibus per irrisionem tribuitur anima. Possumus etiam, neque ineptè, sic locum reddere, et **anima ipsorum cum captivitate abiit**, quòd jumenta sub onere animam efflarent, atque ita simul cum rebus abductis auferatur, abeat, recedat atque evanescat. Ita enim interdum accipitur verbum **halae**, id est, **abiit**, ut Ps. 109. **Sicut umbra cum declinat abiit**. Neque sale caret hic sensus; estque satis planus; quasi **jumenta, sicut ipsa idola, incurvata sint, et pariter cum ipsis reflexa corruerint, et ipsorum anima simul cum ipsis abierit et evanuerit**; quasi sortem idolorum sorti jumentorum comparet. O bellos Deos, qui sic auferuntur et evanescent!

VERS. 3. — **AUDITE ME**. Id est, accomodate animi iis quae à me dicuntur: q. d. **Videtis quid acciderit diis gentium, quam infirmi sint, ut hominum ac jumentorum operâ indigeant? Audite jam quid dicam; Vos, inquam, non quorum operâ ego indigeo, sed qui sine me nihil estis, inò quo tanquam filios ego mihi assumpsi humerisque meis imposui ab eo jam tempore quo geniti fuistis, quosque gero in brachiis meis ex eo tempore quo in lucem editi estis, id est, quorum amantissimè curam gero jam ex tempore quo esse coepistis, à tempore Abraham, Isaac et Jacob. Quae autem vult ut attenderent, infer v. 5, et seq., insertâ hæc pulcherrimâ antithesi, quâ ostendit quantum praecellit diis gentium: **Illi portantur, etc. Ego vos porto, nutrio, alo, tam in juvenatâ quam in decrepità, libero et servo, etc.** **RESIDUUM BONUS**, est ad eos est sermo qui ex vastatione Chaldaeorum superfluerunt, qui fuerunt typus sanctarum reliquiarum quae superfluerunt ex infidelitate quae tempore Christi inundavit universam Judaeam. **QUI PORTAMINI A MEO UTERO**. Ita vertendum contendi Hieronymus in Comment. in h. l. Ego verò tanto viro contradicere qui audeam? Accepit ille **jod** in voce **mini** pro pronomine affixo, quasi ad verbum dicendum esset, **qui portamini à me utero**, id est, à meo utero; idem in sequenti membro; quam interpretationem nemo meritò improbat. Verùm cum videamus in plerisque locis praepositioni **min** addi **jod** paragogicum, ut supra 50, 14, Jud. 5, Ps. 44, et 78, rectè etiam verti potest **impositi ab utero, gestati****

à vulvâ; nam sequitur quòd usque ad canos portare, etc. **QUI PORTAMINI**. Supra v. 1, dixi **gestamina**; erat enim femininum; hic verò est participium masc. à verbo **anas, imposui**, sup. **onus**. Est ergo sensus, quòd ab ineunte aetate non permisit eos pedibus suis ambulare, sed humeris suis eos imposuisset. Fortè meminit educationis ex Aegypto; nam tunc dicitur Dominus eos **portasse sicut nutritus**, etc. Sequens versus hunc sensum explicat.

VERS. 4. — **USQUE AD SENECTAM**, etc. Ego ipse qui vestri curam gessi à pueritiâ seu primis annis, et tanquam puerulos in sinu meo fovi, non sicut matres, quae ubi nati creverint à se curam illorum ablegant atque ab ipsis vicem expectant, vos ego, ubi in viros crevissetis, nequaquam abjeci quin usque ad senectam vos **bojudo**, vosque forebo, et ad decrepitam usque aetatem eodem studio prosequar. Hæc de populo illo seu ecclesiâ Judæorum intellige. In patribus, rudibusque principis, in Aegypto et deserto tanquam parvulos aluit; sub Davide et regibus, jam viros factos non deseruit; cum etiam jam veluti ad senectatem tenderet respiciba illa, et in captivitate abirent, illorum memor propheta excitavit qui consolarentur eos, ac tandem ex captivitate eduxit, cum jam de eorum rebus actum esse videbatur. Hæc est summa votorum prorum hominum, videlicet ne à Deo deserantur, sed qui de ventre matris eorum curam gessit, usque ad senectam et senium ab eo sustententur, sicut non uno loco David petebat. Sed nunquid nos Christiani minus dilectam ecclesiam Christianorum Deo quam fuerit Judæorum existimabimus? Inò verò non una eademque fuit semper? Putabimusne quòd in his miseris temporibus dilectae suae obliviscatur, rerumque nostrarum non habeat rationem? Bono animo simus, fratres; usque ad finem seculi nobiscum est, et post tempestatem tranquillum faciet, et in tantâ rerum perturbatione atque Ecclesiae suae jactatione scio quòd misericordiae recordabitur, neque obliviscetur misereri Deus. **Ego feci. Ego eos procreavi, editos in lucem levavi atque portavi; quare et evadere faciam, eripiam atque liberabo**; ut sit expositio ejus quod praecessit, quòd à ventre portasset, et usque ad senectam gestaret, ut ex beneficiis quae hactenus experti fuissent spem firmam conciperent, non eos captivos desereret. Unde sicut ex aliis infinitis locis habemus, optima sp̄i sui fiducia alenda fomenta esse praeferuntur beneficiorum in nos à Deo nostri amantissimo collatorum recordationes.

VERS. 5. — **CUI ASSIMILASTIS ME**. Indignationem continet hæc interrogatio, animosque Judæorum acriter perstringit emphasi pronominis, **me et cui, q. d.**: Si sic res habet ut tam humilis sit idolorum omnium conditio; si stipites sunt et trunci et immobiles quaedam statuae; ego verò feci vos, educaui, gestavi in sinu, et vestri curam gerens ab universis malis vos eripui, et spes est quòd deinceps eripiam; **cainam rei me similem fecistis? aut facietis**, id est, facere solitis? Hoc tempus illud respicere videtur quo abductis in captivatem ab Assyrio decem tribibus re-

liqui Judaei nequaquam ab idololatriâ abstinerebant; ob quam, et alia scelera graviora quam fuerunt Isaacitarum, ut est apud Ezechielem, etiam illis imminere captivitas. Mihi enim verisimile fit, eo animo Isaiam toties in idololatriam invchi ante captivitatem Babyloniam, ne in tantâ Judaicarum rerum dejectione et Babyloniarum prosperitate animis caderent à fideque exciderent et ad cultum deorum prolaberentur. Quo etiam consilio non solum educationem liberationemque illorum praedicabat, sed Babylonis quoque eversionem, quam ipsorum, qui eo tempore erant victores, dii non possent avertere. **ET SIMILEM FECISTIS**. Hebr., **et similis ero**; id est, **cui me adaequastis, cum quo mihi possit convenire?** hæc enim est vis verbi **damah**, ut admonui, c. 1.

VERS. 6. — **QUI CONFERTIS AUREM**, etc. Participium est à verbo **zul, abjecit ut rem vilem**. Thren. 1: **Omnes qui honoraverunt eam, abjecerunt eam**. Quia autem sequitur tertia persona, reddere possumus. **Qui abjiciunt**, id est, profundunt ut rem vilem, **aurum**, etc. Habet autem hoc in loco haud mediocrem vim hæc variatio personarum. Cum enim quasi exprobrantes percutantur, si rem valde indignam ducimus, non expectatâ responsione, veluti ex quiddam animi impotentia ad alios nos convertimus, rem, ut se habet, narrantes, ut quàm justè expostulationem suscipimus simul nobiscum videant, et incensent. **ARGENTUM IN STATERA**. Hanc ponderationem accipe, non quòd in pretio decipi timerent, sed ut certi ponderis Deum acciperent. Nam quòd **profunderent aurum**, paulò antiè abjecerat.

VERS. 7. — **PORANT ILLUM**. Rem prout gerebatur exponit. **IN LOCO SVO**. Hebr., **sub se, vel pro se**; quod Latini in suo loco vertunt. **SED ET CEM**. Ego Hebraea expressi, **insuper exclamant**. Illud autem **vau** pro adversativâ videtur accipiendum, **sed non respondet, neque seruat**, etc.

VERS. 8. — **MEMENTOTE ILLUD**. Nempè quòd opera hominum sint idola, neque possint opem ferre. **ET CONTEMNIMUS**. Crebro locum depravatam in versione **Vulgatâ** legendumque **fundamini**, id est, tanquam fundamenta in corde ponite, id est, altâ mente reponite. Nam supra c. 16, nomen geminatum dixi, ex quorundam opinione significare **fundamenta**: ubi **Vulgatus** pro **latantibus** accepit. Ego quia à nomine **isch** deductum existimo, dixi **viriliter agite**, id est, tanquam viros vos gerite, ne hæc in re vos decipi sinatis, ut feminae, etc. **REDITE AD COR**. Verbum est in **hiphil**, id est, **reducite ad cor**; revocate, neque patiamini mente excidere, quòd vos fecerim et portaverim, idola verò hominum operâ indigeant. Favet hic locus illorum consilio qui beneficia Domini jugi memoria recolere praecipunt, quòd plurimum momenti ad vitam rectè instituendam et animum in fide stabilendum et cor amore inflammandum in meditatione situm esse intelligant. Huc quoque facit quod sequitur.

VERS. 9. — **RECORDAMINI PRIORIS SECLII**. Ad verb. **Priora à seculo, vel antiqua à seculo**, à multo tem-

pore; id est, *revocate ad memoriam que antiquis temporibus gesta sint, et videbitis quod ego tantum sim Deus, etc.* NEQUE EST SIMILIS MEI. Vel nihil sicut ego. Hanc qui imo pectore reconderet veritatem, nequam post vanitates vagaretur, sed potius hoc unum bonum quaereret in quo sunt omnia bona. Ad commendandam hanc collationem facit historia quam narrat Eusebius de Gregorio Neocesarensi et sacrificulo Apollinis, apud quem in Alpibus in fano Apollinis hospitatus fuit Gregorius. Et juxta proverbium: *Purpura circa purpura adjudicanda est.*

VERS. 10. — ANNUNTIANS, etc. Vel ex hoc agnosceat me solum Deum, qui que futura erant post multa annorum millia statim ab initio mundi prædixerim, ut cum *Semen Mulieris dixi contriturum caput Serpentis, et multa hujusmodi. QUE NECDUM FACTA SINT.* Hebr., *que non facta sunt, sed novissimis temporibus adhuc fiunt.* DICENS, vel, *qui dico, Consilium meum stabit, etc., quod exponit suo more, et omne beneplacitum meum faciam.* Hoc solius Dei est: *Omnia, quæcumque voluit, fecit.* Quia dixerat prædicasse se que nondum facta essent, hoc addidit ne quis dubitaret futura.

VERS. 11. — AVEM. *It nomen est collectivum, et sig. turbam avium feralium, ab ut, involando celeriter et cum impetu, more avium rapacium.* Quo verbo utuntur servi Nabal quando retulerunt qualem se Nabal exhibuisset servis Davidis: *Involavit in eos 4 Sam. 25; Vulgatus, aversatus est eos.* Supra 48, 6, Gen. 45, et Job. 28, collectivè videas capi. Et Jer. 12, comparat Judæos avibus rapacibus, in sinuans quod scilicet illi quasi agmen avium feralium involabant in Dominum, ita quoque hostes eorum quasi

agmen avium feralium sanguine tinctarum involantur erant in eos. Nam processit quod quasi loquatur decessit contra Dominum vocem suam. Ergo hic non pro Cyro sed pro exercitu ejus ex Medis et Persis capi potest. In secundo autem membro *Cyrum virum voluntatis suæ seu consilii sui vocat; ut possit sumi hic versus veluti expositio precedentis.*

VERS. 12. — DURO CORDE, *robusti corde, seu validi, id est, qui cor habetis indomitum; neque est qui vos ab eis que concupiscitis retrahat.* Isti enim sunt qui dicebant: *Post cogitationem cordis nostri ibimus, etc.* Qui autem hujusmodi sunt, *longè absunt à justitia.* Resistant enim divinis motionibus et contumeliam faciunt Spiritui sancto. Similis phrasid est Ps. 70: *Spoliati sunt robusti corde.*

VERS. 13. — PROPE FECI. *Appropinquatio Dei et justitiæ ac salutis idem sunt, sicut salus nostra et gloria Dei.* Quamvis autem votis hominum, qui hæc importunè, curiosè et quasi sine fide exoptant (ut supra exposuimus) dicentes: *Rorate, celi, desuper, etc., durè responderit, ut sibi hanc curam relinquere, etc., non potuit se tamen continere quin ipsis rebellibus et incredulis apertè jam dicat propè esse, etc.* Que quomodo et Cyro et Christo apertè jam supra diximus. Ante Dominum autem quingenti aut septingenti anni sunt sicut dies hesternæ quæ præterit. Adde quod qui in Christum venturum, qui ab ipsis prædicabatur, credidissent, eique adhesissent, eam salutem consequuti erant quam qui viderunt et crederant. Supra verò admonui quare justitia quam Christus contulit dicatur *justitia Dei.* Dicitur autem *ejus justitia scilicet salus nostra dicitur ejus salus; ne nobis insultent hoc loco Lutherani.*

CHAPITRE XLVII.

1. Descende, sede in pulvere, virgo filia Babylon, sede in terrâ; non est solum filia Chaldeorum, quia ultra non vocaberis mollis et tenera.
2. Tolle molam, et mole farinam; denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, revela crura, transi flumina.
5. Revelabitur ignominia tua, et videbitur opprobrium tuum: ultionem capiam, et non resistet mihi homo.
4. Redemptor noster, Dominus exercituum nomen illius, Sanctus Israel.
5. Sede tacens, et intra in tenebras, filia Chaldeorum: quia non vocaberis ultra domina regnorum.
6. Iratus sum super populum meum: contaminavi hereditatem meam, et dedi eos in manu tuâ; non posuisti eis misericordias; super senem aggravasti jugum tuum valde.
7. Et dixisti: In sempternum ero domina; non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es novissimi tui.
8. Et nunc audi hæc, delicata, et habitans confidenter, que dicis in corde tuo: Ego sum, et non est præter me amplius: non sedeo vidua, et ignorabo sterilitatem.
9. Veniet tibi duo hæc subito in die unâ, sterilitas

1. Descende, asseyez-vous dans la poussière, ô vierge fille de Babylone; asseyez-vous sur la terre; vous n'êtes plus sur le trône, fille des Chaldéens; on ne vous traitera plus comme étant molle et délicate.
2. Mettez-vous à la meule, et faites moule la farine; dévoilez votre turpitude, découvrez votre épaule, découvrez vos jambes pour passer les fleuves.
5. Votre ignominie sera dévoilée, votre opprobre paraîtra à tous; je me vengerais de vous, et il n'y aura point d'homme qui me résiste.
4. Celui qui nous rachète s'appelle le Seigneur des armées, c'est le Saint d'Israël.
5. Asseyez-vous silencieuse, et entrez dans les ténèbres, ô fille des Chaldéens; parce que dorénavant vous ne serez plus appelée la dominatrice des royaumes.
6. J'avais été en colère contre mon peuple, j'avais rejeté avec horreur mon héritage, je les avais livrés entre vos mains; et vous n'avez point usé de miséricorde envers eux, vous avez épesanti cruellement votre joug sur les vieillards.
7. Vous avez dit: Je régnerai éternellement. Vous n'avez point fait de réflexions sur ces choses, et vous ne vous êtes point représenté ce qui devait vous arriver un jour.
8. Maintenant donc écoutez, ville voluptueuse, vous qui demeurez dans une plénière assurance, qui dites en votre cœur: Je suis souveraine; et après moi il n'y en a point d'autre; je ne serai jamais veuve, et je ne saurai ce que c'est que la stérilité.
9. Ces deux maux, la stérilité et la viduité, vien-

et viduitas. Universa venerunt super te propter multitudinem maleficiorum tuorum, et propter duritiam incantatorum tuorum vehementem.

10. Et fiduciam habuisti in multitudine tuâ, dixisti: Non est qui videat me. Sapientia tua et scientia tua hæc decepti te. Et dixisti in corde tuo: Ego sum, et præter me non est altera.

11. Veniet super te malum, et nescies ortum ejus: et irruet super te calamitas, quam non poteris expiare; veniet super te repentè miseria, quam nescies.

12. Sta cum incantatoribus tuis, et cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tuâ, si forte quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior.

15. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum: stent, et salvent te augures cœli, qui contemplabantur sidera, et supputabant menses, ut ex eis annuntiarent ventura tibi.

14. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos: non liberabunt animam suam de manu flammæ; non sunt prunæ, quibus calefiant; nec focus, ut se deant ad eum.

15. Sic facta sunt tibi in quibuscumque laboraveras; negotiorum tui ab adolescentia tuâ, nunquid-que in viâ suâ erraverunt; non est qui salvet te.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — Apertius jam hic de calamitate Babylonis disserit; quandoquidem illa salus per Cyrum, que typus erat salutis per Christum, non nisi vastato Chaldeorum regno adventura erat. Alloquitur autem Babylonem quasi reginam quampiam, que plena deliciis ac multo luxu magnâque superbiâ, que imperantes feminas comitari solet, regnorum habenas moderaretur. DESCENDE, etc. Unde descendit vide apud Daniele: *Deus cœli dedit tibi imperium, etc.* Captivarum autem ancillarum conditionem respicit. *Virgo, virginem vocat, quod postquam in illam amplitudinem Imperii pervenisset, nunquam alterius Regis potentia succubisset.* MOLLIS ET TENERA famuli, domestici, familiares atque amici, nunquam non adulationi servientes, ea que quiddam molestiæ aut laboris afferre possunt à regibus et principibus, præsertim feminis, abigunt, mollitiem ac teneritudinem prætexentes, ipsique interdum principibus subiaci videntur quod sibi non parant, neque suas vires metiantur. Hæc alludere videtur propheta, quod non sit jam qui Babylonis vicem doleat quod in sortem servorum transierit: quare laboriosas operas illi injungit, dicens,

VERS. 2. — TOLLE MOLAM, etc. Hoc quoque extremæ est servitutis, ut notum est captivis apud Mauritanos. Id quod apparet ex Exodo: *A primogenito Pharaonis, qui sedet in solio ejus, usque ad primogenitum ancillæ quæ est ad molam.* Vide Jud. 6. *DENUDA TURPITUDINEM.* Controversum video apud ipsos rabbinos

droni fondre sur vous tout d'un coup en un même jour. Tous ces malheurs vous accablent, à cause de la multitude de vos enchantemens, et de l'extrême dureté de vos enchantes.

10. Cependant vous vous êtes tenue assurée dans votre malice; vous avez dit: Il n'y a personne qui me voie. C'est votre sagesse et votre science même qui vous a séduite; vous avez dit dans votre cœur: Je suis souveraine, et il n'y en a point d'autre que moi.

11. Le mal vous attaquera sans que vous sachiez d'où il vient; vous vous trouverez surprise d'une affliction que vous ne pourrez détourner; et une misère à laquelle vous n'avez jamais pensé, viendra tout d'un coup fondre sur vous.

12. Présentez-vous avec vos enchantes, et avec tous vos secrets de magie, auxquels vous vous êtes appliquée avec tant de travail dès votre jeunesse, pour voir si vous en tirerez quelque avantage, et si vous pourriez en devenir plus forte.

15. Cette multitude de conseillers n'a fait que vous affaiblir. Que ces augures qui étudient le ciel, qui contemplent les astres, et qui comptent les mois, pour en tirer les prédictions qu'ils veulent vous donner de l'avenir, viennent maintenant, et qu'ils vous sauvent.

14. Ils sont devenus comme la paille; le feu les a dévorés; ils ne pourront délivrer leurs âmes des flammes ardentes; il ne restera pas même de leur embrasement des charbons auxquels on puisse se chauffer, ni du feu devant lequel on puisse s'asseoir.

15. Voilà ce que deviendront toutes ces choses, auxquelles vous vous étiez employée avec tant de travail; ces marchands, qui avaient trafiqué avec vous dès votre jeunesse, s'enfuiront tous, l'un d'un côté, et l'autre de l'autre, sans qu'il s'en trouve un seul qui vous tire de vos maux.

tam de formâ hujus nominis *tsanath* quàm de ejus significatione. Sunt qui *velamen* dicunt significare *ex tenui materiâ quo orientales feminæ utuntur, quo ab umbilico ad pedes usque protegantur.* Ergo Vulgatam editionem ad hunc modum possumus interpretari, ut sensum non verba reddiderit: *Demuda turpitudinem, non quod tsanath pro turpitudine accepit.* Hieronymus tamen in Commentariis affirmat significare *prudencia.* Sed non video quo pacto istæ interpretationes conveniant loco Cantiorum 4, ubi Capiti tribuitur: ob quem locum alii Hebræi pro *velamine capitis* accipiunt. Ego cum nihil certi habeam inter tam varias sententias, quantum ex locis Scripturæ et ex etymologia nominis possum conjicere, existimo vobis generatè esse reddendum, *fascia, vel altera simili.* Et quidem si membrum istud ad sequentia pertinet, pro *velamine partium inferiorum* accipio; sin præcedentibus, ad *ornata capitis*, cujus usus fuerit nobilibus feminis, aut *pectoris*: nam et Græci *operimentum* interpretati sunt. HEMERUM. Vocem quoque *schehel* variè reddunt interpretes, que nusquam nisi hic reperitur. Certè cognatæ vocis *flutum* aut *protectionem* notant, et *ornata* nomen, et *calami frumentii.* Vide supra cap. 17. Ergo videtur posse accipi pro parte illâ quæ excurrit à cœxtendice usque ad talos. Alludit autem ad eos quibus per aquas eundem est; qui eam corporis partem detundunt quam aquæ maledicere possunt. Babylonii autem transiuntur erant Tigris aliæque flumina, ut in Persidem captivi ab-

irent; quæ in morem servorum pedibus suis trajicere oportebat. Quæ omnia figuratè dicta intelligito pro humilii servorum ac captivorum conditione.

VERS. 3. — IGNOMINIA TUA. Nomen Hebræis nuditatem propriè notat; quò nomine eam corporis partem notant quam ignominiosum est denudare, Exod. 28, Levit. 48, etc., quare non malè ignominiam dixit Vulgatus; nam et Paulus de his partibus verba faciens eas nos abundantiori honore circumdare dixit, etc. NON RESISTIT MIHI HOMO. Sensus veritè Vulgatus eleganter. Hebr., non obviam habeo hominem. Obviare enim pro intervellare usurpant Hebræi, Gen. 25, Ruth 1, infra 59: *Admiratus est quòd non esset occurrens, etc., vindictam autem capere sine occurrente est modis omnibus iræ atque animo satisfacere.* Non sunt verò inter infideles qui obviam eant Domino percutere volentes; at inter fideles nunquam desunt qui sese opponant, nonnullique reperiuntur qui (ut loquitur Scriptura) consurgant, et teneant Dominum. Vide infra c. 59.

VERS. 4. — REDemptor NOSTER. Apostrophe est piorum, qui non possunt se continere neque spiritum cohibere quin Deum laudent cùm audiant ultionem de Babyloniis plenissimè capiendam. Non enim minus grata erat redemptio quam vindicta de Chaldæis; utraque enim gloriam Dei ac potentiam commendabat. Hæc vota habes expressa in Ps. *Super flumina*, etc. Memineris hoc loco, Deum se erga Israelitas veluti erga filios gessisse; Babylonios autem, sicut etiam et Assyrios, virgam quò filios percussisset reputare, quam post verbera in ignem mitteret. Notare etiam hoc loco juvat alià ratione affectum patris in Deo, qui antequàm Judæi in captivitate eant, prædicit per Prophetas quòd liberandi forent, quasi nullo modo induci possit ad castigandam Ecclesiam suam Deus nisi simul etiam definiret quà ratione eam liberaret, etc. NOMEN EJUS. In cantico Mariæ matris Domini sic legitur: *Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus*, id est, cuius nomen est sanctum.

VERS. 5. — SEDE TACENS. Possumus et silentium et tenebras vel ad captivitatem referre (nam in obscuris locis detinentur captivi apud barbaros hostes); vel etiam ad mortuorum conditionem; quibus utrumque tam in Sacris litteris quam profanis tribuitur. Psalmus enim 94 dicitur: *Parvum absit qui vicina fuisset silentio anima mea*; et 115: *Omnes descendentes in silentium.* Unde et Virgilius lib. 6. *Æneidos*,

Dii quibus imperium est animarum, umbræque silentes, Et Chaos, et Phlegethon, loca nocte silentia latè, etc.

ULTRA. Hic rerum humanarum vicissitudines menteolve, christiane lector, et conditionem hanc Babyloniolorum cum eà ex quà prolapsi sunt tecum cogita; ut colligas quòd Deo æternisque rebus adhaerere, tantummodò sit sapere.

VERS. 6. — IATVS SCM. Quo consilio Deus adversa immittat in suos, nempe ut puniendo ad sanam mentem reducat, quantà etiam misericordià, ut non su-

pra modum aut supra virtutem aggravemur, in hoc verò facile est videre. Sed primo loco propheta significare vult causas ob quas evertere vellet Babylonem. Nam famæ suæ habere rationem videtur Dominus, utpote qui nolit ut quisquam possit quæromoniam institere quasi immeritò alligatur. *CONSTANTIAVI, seu profanavi. Calat enim in tertià est commune facere. Commune autem vocabant Hebræi inquinatum seu immundum et sanctitate desitutum. Profanare itaque hereditatem est.* Quasi rem vulgatam atque communem aliorum violentiæ et injuriæ exponere. Et hoc est quòd sequitur, *DEDI EAM IN MANUM TUAM.* Erant enim incircumcisi et immundi Babyloni; Judæi autem, gens sancta et populus Domini. Sicut enim profanari dicebatur sacerdos si rem immundam tangebat, ita res sancta dicebatur profanari si ab immundis tractaretur, præsertim cum injurià, violentià ac contumelià. Hic vide quò adscribi debeant Turcarum victoriæ et triumpho de populo Dei; profectò non nisi iræ Dei, quæ nunquam nisi ob scelera nostra effervescit. *NON POSUISTI EIS, etc.* Verbo ponendi largissimè utuntur Hebræi. Arguit autem Babylonios primo loco crudelitates et immiserordias: cuius argumentum haud parvum erit *senem divexatio.* Nam si senes tam malè accipiebant Chaldæi, quid facerent juvenibus? Ergo si rationem constas, et secundùm rationem hominum inditam vivas, canities reverentiam ac misericordiam etiam à duro milite extorquebit. Vide Threnos Jeremie.

VERS. 7. — ER DIXISTI, etc. Obiecit superbiam atque arrogantiam, et numinis ac divinæ providentiæ oblivionem seu ignorantiã, quæ sese ferè comitantur. *NON POSUISTI HÆC, etc.* Nempe, ex indignatione Domini in populum suum evenisse ut vinceret ipsum et Judæam posses depopulari; neque tibi in mentem venit quòd esset populus Dei et hereditas ejus. Hæc si intellexisses atque ut par erat cogitasses, aliter cùm ipsis egisses. NOVISSIMI TUI. In Hebræo est pronomen tertiæ personæ feminini generis, sicut mox v. seq., *dixisti in corde tuo.* Hebr., *ipsius.* Et manifestum est ad Babylonem esse sermonem; quare Vulgatus in pronomen secundæ vertit, sicut etiam docti Hebræi, quasi hæc interdum serviat secundæ personæ. Quare Babylonem incogitantem arguit, quòd quæ tandem sibi eventura essent non attenderet. Hæc est imprudentia filiorum hujus seculi et infidelium, ut, si in futurum prospiciant, nunquam sibi nisi læta promittant. Verùm enim verò si Babyloni eà quæ de populo Israel audierant, et quanta in eorum gratiam Dominum fecisse ex famâ cognoverant, ad memoriam revocassent; simul quoque si in eos savissent, et illi ad Deum revertentur, rerum vires sperare potuissent.

VERS. 8. — AUDI, DELICATA, deliciis dedita, seu deliciis affluens. Imperium et superbiam et futurorum incogitantiam qui fieri potest ut non sequatur vita voluptaria? Adde quòd vice versâ ipse etiam deliciae cor auferunt, et insipientes reddunt homines. ER NON EST PRÆTER ME AMPLIUS. Sensus aptè reddidit Vulgatus interpres: *Nihil est in toto orbe quòd vis de-*

sideret videre ubi me viderit; in me est summa totius elegantie, pulchritudinis, divitiarum ac totius denique felicitatis, etc. Solus certè Dei fuerit hæc dicere (ut supra non uno loco vidimus) qui unus omnia habet, et solus sufficit et sibi et omnibus. In quocumque autem alio intolerabilem arrogantiam continent, sed non durabit. STERILITATEM. Duo sibi non defutura promittebat, non amissuram se nunquam regem legitimum, ac Chaldæum; huc enim videtur referenda viduitas; et, semper populi et civium refertissimam fore; hi enim sunt veluti filii, sine quibus videntur civitates similes matribus quæ orbantur filiis. *Schacal enim non tam sterilem esse quàm orbatum notat.* Gen. 27: *Quare orbatur ego utroque vestrum uno die? etc.*

VERS. 9. — VENIET. Vulgatus conjunctionem omisit, quæ, ni fallor, aut adversativam aut illativam vim habet: *At veniet, vel, veniet igitur duo, etc.* Ecce arrogantia et inanis fiducia atque etiam incogitantia pena. Illud enim subitò et uno die quàm displaceat Deo inanis illa fiducia satis indicat. Sicut enim gratissimum illi est ab eo pendere animis, ita nihil magis invisum quàm spem in perituris rebus collocare; hoc enim est aliquo modo divinitatem alteri tribuere. Unde et avaritiam *seruitatem idolorum* vocavit Paulus: avarus enim in divitiis fiduciam suam collocat. *INVERSA.* Ego vocis Hebrææ expressi significationem, *secundum integritatem suam.* Venustatem autem habet et jocum, quòd orbitati et viduitati perfectionem tribuit Dominus. Adde quòd *tham*, id est, *integritas* non sit semper morum, sed virium, ut 2 Par. 21: *Quidam extendit arcum pro integritate sua*, id est, pro virili suâ. *PROPTER MULTITUDINEM, etc.* Rectè Vulgatus in pro propter accepit. Dixi autem *prestigiatores*, quia Hebræis propriè *caschaph* est res *aliter oculis objicere quàm sint.* Vide Mich. 5, et Nah. 5. *DURITIEM otsemah, robur seu corroboracionem* significat. Pro *densitate* seu *constipacione* hic accipere possumus; ut sicut dixit *multitudinem prestigatorum*, sic dicat *densitatem Astrologorum*, id est, qui ex conjunctionibus astrorum et constellationibus judicium ferant. Nomen enim *cabarim à conjunctione* seu *condensatione* dicitur; toti enim in conjunctionibus stellarum versantur. Hanc esse veram nominis interpretationem habes ex vers. 15. Vulgatus Hebræos secutus *incantatores* dixit. Quatenus quidem audiendi sint Astrologi, plurima scripta sunt à viris doctis et piis. Certè hic locus et quæ sequuntur manifestè eos redargunt qui ex astris putant se certò scire posse mutationes regnorum, eventus bellorum, et similia. Hæc *Chaldæorum monstra* vocat Cicero lib. de *Divinatione* de quibus Eudoxus Platonis auditor, et in astrologiâ, judicio doctissimorum hominum, facile princeps sic opinatur: *Id quòd scriptum reliquit Chaldæis in predicatione et notatione cujusque vitæ natali die, minime esse credendum.* Non damnant sacrae litteræ, neque qui rectè sentiunt Ethnici, eam astrologiæ partem quæ ex longâ temporum observatione tradidit certas leges cursû et motû siderum; sed neque eam quam *judiciariam* vocant omni ex parte. Nam quatenus sequitur certas rationes physicas, ha-

bet suam utilitatem et laudem: at quatenus tradit superstitiosas quasdam notationes et incertas observationes, aut astris tribuit et configurationibus eorum certam vim constituendâ aut eventum denotandi regna, aut dirigendi humanas actiones et evensus (qui magnâ ex parte liberi sunt, et à voluntate liberâ ortum habent) nequaquam audiendos esse docent sancti Patres. Quare neque à signis cæli nobis metuendum esse dicit Jeremias. Et in Deuteronomio præcipit Dominus ne astrologos audiamus; sed potius prophetam quem ille suscitaturus erat, id est, Christum Dominum, et ejus Evangelium, etc.

VERS. 10. — FIDUCIAM HABUISTI IN MALITIA, id est, Cùm mala multa patrares, et sceleribus scateres, fidenter et securè vitam degebas. Hunc sensum probat quòd sequitur. *ER DIXISTI: NON EST QUI VIDET ME.* Ignorabat enim Dei nomen ac providentiam. Hinc in scelera laxatis habentis prolabantur impij. Ubi enim dicunt in corde suo: *Non est Deus, corrupti sunt, et abominabiles facti sunt, etc.,* videant quomodo sententia speculatores agere, et pro Deo in hoc mundo intentis oculis videre quæ alii agant; si conveiant, si discedant, si longè absint, quantorum sint malorum auctores. *SAPIENTIA TVA, etc.* Quæ fuerit hæc sapientia duodecimo et sequentibus versibus videt licet. Putabant nimirum ex astrorum influxu omnia pendere; et cùm ex astris non viderent sibi malum impendere, nihil sibi timebant, etc. *EGO SUM, etc.* Vide v. 8.

VERS. 11. — VENIET. Hic rursùm omisit conjunctionem, quòd Hebræis interdum valet; sed hic puto habere vim quam supra ver. 9, exposui. *ER NESCIES ORTUM EJUS, id est, cuius ortum ignorabas.* *Aurorum* tribuit hebraismus quibusvis rebus. Dicitur verò Babyloni ignorare ortum calamitatis suæ, aut quia statim, ubi inceptit, ad finem usque grassata est, *repetitque*, ut supra dixit, *venit et viduitas et orbitas ejus;* vel quia non putare cùm propter scelera sua sibi impendere malum, neque habere Persa odii causas quæ notæ essent, ignorabat unde tot sibi orientur adversa. Nisi malis hæc etiam ad sugillationem astrologorum referre, quòd in astris non viderent signa ex quibus colligerent impendentem tempestatem. *CALAMITAS.* Nomen Hebræum *harah* est à verbo quòd fieri seu factum esse notat; semperque in malam partem accipitur nomen; idèò Vulgatus calamitatem vertit Ezech. 7. *Eventum* dicere possumus, seu *adveram fortunam.* Hanc dicit non posse exipare seu placare; quia non posset antevertere seu avertere numeribus aut precibus. Medi enim et Persæ non aurum neque argentum volent; Deus autem iræ omnino est, et, ut supra dixit, non est habiturus obviam hominem, neque erit qui interpellat, etc.

VERS. 12. — STA, etc. Sarcasmus est et ironia plena oratio, quæ non infrequens est in Scripturis; ut, *ubi sunt dii eorum? surgant, et opitulentur vobis,* et multa similia. Jam enim dixerat eos propter studium et operam quam impendebant malis illis artibus, perituros; tantùm aberat ut ex illis emolumentum capere possent. *CUM INCANTATORIBUS TUIS.* Vide de hæc

voce supra vers. 9, et versu seq. IN QUIBUS LABORASTI, vel cum quibus laborasti, id est, negotium tibi fuit, neque leve. Difficile est enim cum hujusmodi hominibus versari, et illorum operâ uti velle; siquidem morosi sunt et avari; insuper quia mendacis rem sapè peragunt, quæ tamen ne presentiantur, student occultare; spe inani alunt miseris, illorumque bona devorant. Semper autem Chaldaei astrologiæ et magiæ dediti fudre; erantque quamplurimi apud Babylonem hujusmodi artium professores. Possimus quoque has voces pro abstractis accipere, ut interdum solent, pro ipsis prestigiiis et judiciis ex astris, vel, ut Vulgatus vult, incantationibus, in quibus perdiscendis haud vulgarem operam navabant Chaldaei, ut ex sacris et literis constat. Vide Ciceronem de Divinatione, quam observarint Chaldaei trajectiones et motus stellarum. Cæterum aliarum vocum ego proprias significationes expressi.

VERS. 15. — IN MULTITUDINE. *Bet*, pro cum accipi; id est, et tu et consilia tua interistis. *Consilia tua* seu *consultationes tuae*, quibus consulabas astrologos judicarios, et ipsa pariter ipsorum responsa ac *consilia penitus cessarunt et consumpta sunt*; nam et inania fuerunt et posthac neque illos consulere, neque illi responderent tibi. *ATQUE RES COELI*. Ego eandem esse vocem hoc loco cum eâ quæ præcessit v. 9, existimo, et eisdem vocalibus esse profendam et scribendam, et cum *ket* non cum *he cabar* non *habar*; nullibi enim reperitur *habar*, et facilis est mutatio unius litteræ in alteram. Qui sint autem *cabarim* exponit propheta. Vocantur autem ab Hebraeis *conjunctores*, ut supra dixi, ut qui nunquam cessant stellas combinare seu conjungere, ac conjunctiones astrorum, oppositiones et constellationes observare. Vulgatus *augures* dixit. QUI CONTEMPLANTUR SIBERA. Hebraica constructio videtur significare *attentâ consideratione oculos figere*. Potest et sic verbi, qui *provident in stellis*, id est, qui virtute stellarum inspectâ futura prævident atque prædicant. Nam et *coeli* interdum ad *visiones propheticas* ac *prophetias* acomodatur. Sed prior expositio hebraismo magis accedit. ET SEPTUAGINTA; *morium, scire facientes*, id est, præsentiantes. Hoc priorum expositionem confirmat. Prius enim est diligens

CAPUT XLVIII.

1. Audite hæc, domus Jacob, qui vocamini nomine Israel, et de aquis Juda existis, qui juratis in nomine Domini, et Dei Israel recordamini non in veritate, neque in justitiâ.
2. De civitate enim sanctâ vocati sunt, et super Deum Israel stabiliti sunt; Dominus exercituum nomen ejus.
3. Priora ex tunc annuntiavi, et ex ore meo exierunt, et audita feci ea; repente operatus sum, et venerunt.
4. Scivi enim quia durus es tu, et nervus ferreus cervix tua, et frons tua arca.
5. Prædixi tibi ex tunc; antequam venirent indicavi tibi, ne forte diceris: Idola mea fecerunt hæc, et tilla mesculpa neta colatilla mandaverunt ista.

astrorum inspectio, deinde futurorum præhæntatio. Neque verò existimo Vulgatum participium hoc verbo *supputandi* reddidisse, sed totius orationis voluisse sensuram reddere, suppletivo verbo *supputandi* ad elucidandam orationem, qui *scire faciunt ventura tibi, supputatione mensium factâ*. Ad verbum autem si reddas, ut in editione nostrâ vides, paulò diversus sensus subesse videbitur, qui *scire faciunt, seu denuntiant, ad singulas lunationes*, id est, singulis quibusque mensibus et luna renovationibus, quæ quo tempore venient super te; vel, qui annuntiant quæ singulis mensibus super te ventura sunt; vel, qui annuntiant singulis lunationibus, ex quibus, id est, juxta hebraïsmum, quænam ex ipsis venient super te, id est, tibi futura sint adversa. Vel certè hæc ultima verba versùs conjungenda sunt cum verbo *salvent*; astrologi, qui intuentur sidera, et de singulis mensibus promittunt, salvent te, et liberent ab illis quæ ventura sunt super te. Et hic sensus planus est, et mihi amplectendus.

VERS. 14, 15. — ECCE FACTI SUNT, etc. Eleganti similitudine subito evanuisse sapientes ipsos cum suis artibus, nihilque utilitatis inde relictum esse, ostendit; quemadmodum ex quisquiliis, si in eas igitis incidat, neque carbonem manere solent. Pudere autem oportebat tot annos totamque vitam oleum et operari, ut aiunt, perdidisse. Verum nequaquam præterite oportet, quos superioribus versibus præstigiatores et astrologos vocaverat, in hoc ultimo versu *negotiatorès* appellare, quòd operas suas consuevisset scire mercem hominibus vendere. At sicut mercatores, qui in quovis transitu seu commutatione mercium, in quovis (ut aiunt) contractu, cambio et remissione (hæc enim transitum appellare videtur hebraïsmus) jaeturam paterentur, deciperentur atque errarent, malo aliquo genio impulsu negotiationi incubuisse dicerentur; ita illi sapientes in quovis transitu, supputatione, applicatione ac consilio decepti se alioque perdidissent. Nam et Cicero *trajectiones et motus stellarum* dicit Chaldaeos observare solitos. Quo factum est ut non fuerit qui salutem Babylonis afferret, sed errorem, sed pestem.

CAPITRE XLVIII.

1. Ecoutez ceci, maison de Jacob, vous qui portez le nom d'Israël, qui êtes sorti de la source de Juda, qui jurez au nom du Seigneur, qui vous souvenez du Dieu d'Israël, sans être à lui dans la vérité et dans la justice;
2. Car ils prennent le nom de citoyens de la ville sainte, ils s'appuient sur le Dieu d'Israël, qui a pour nom le Seigneur des armées.
3. Je vous ai annoncé longtemps avant l'événement ce qui s'est fait; je l'ai assuré de ma bouche, et je l'ai fait entendre; je l'ai accompli tout d'un coup, et vous l'avez vu.
4. Parce que je savais que vous êtes dur, que votre cou est comme une barre de fer, et que vous avez un front d'airain.
5. Je vous ai tout prédit avant l'événement, je vous l'ai marqué par avance, de peur que vous ne disiez: Ce sont mes idoles qui ont fait ces choses, ce sont

6. Que audisti, vide omnia; vos autem, num annuntiastis? Audita feci tibi nova ex tunc, et conservata sunt quæ necis.

7. Nunc creata sunt, et non ex tunc: et ante diem, et non audisti ea, ne forte dicas: Ecce ego cognovi ea.

8. Neque audisti, neque cognovisti, neque ex tunc aperta est auris tua; scio enim quia prævaricans prævaricaberis, et transgressorem ex utero vocavi te.

9. Propter nomen meum longè faciam furorem meum et laude meâ infremabo te: ne intereas.

10. Ecce excoxi te, sed non quasi argentum: elegi te in camino paupertatis.

11. Propter me, propter me faciam, ut non blasphemem: et gloriam meam alteri non dabo.

12. Audi me, Jacob, et Israel quem ego voco; ego ipse, ego primus, et ego novissimus.

13. Manus quoque mea fundavit terram, et dextera mea mensa est cælos; ego vocabo eos, et stabunt simul.

14. Congregamini omnes vos, et audite: Quis de eis annuntiavit hæc? Dominus dilexit eum: faciet voluntatem suam in Babylone, et brachium suum in Chaldaeis.

15. Ego, ego locutus sum, et vocavi eum; adduxi eum, et directa est via ejus.

16. Accedite ad me, et audite hoc: Non à principio in abscondito locutus sum; ex tempore antequam fieret, ibi eram: et nunc Dominus Deus misit me, et Spiritus ejus.

17. Hæc dicit Dominus redemptor tuus Sanctus Israel: Ego Dominus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in viâ quâ ambulas.

18. Utinam attendisses mandata meâ; facta fuisset sicut flumen pax tua, et justitiâ tua sicut gurgites maris:

19. Et fuisset quasi arena semen tuum, et stirps uteri tui et lapilli ejus; non interisset, et non fuisset atritum nomen ejus à facie meâ.

20. Egreddimini de Babylone, fugite à Chaldaeis, in voce exultationis annuntiate: auditum facite hoc, et efferte illud usque ad extrema terra; dicit: Redemit Dominus servum suum Jacob.

21. Non sitiertim in deserto, cum educeret eos; aquam de petrà produxit eis, et sedidit petram, et fluxerunt aquæ.

22. Non est pax impiis, dicit Dominus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — Quam utilitatem deberent Judæi habere tam ex consideratione liberationis à Babylone quam ex istarum rerum predictione aperit Dominus per prophetam, et viam parat ad apertiora de Christo vaticinia. Vide autem quomodo interim, dum captus

mes images taillées et jetées en fonte qui l'ont ainsi ordonné.

6. Voyez que tout ce que vous avez entendu prédire est accompli. Est-ce vous qui l'avez ainsi annoncé? Je vous ferai entendre maintenant de nouvelles prédictions que je vous ai réservées, et qui vous sont inconnues.

7. Ce sont des choses que je fais présentement, et elles ne sont pas d'autrefois; elles n'étaient point auparavant, et vous n'en avez point entendu parler, afin que vous ne veniez pas dire: Je savais toutes ces choses.

8. Vous ne les avez ni entendues ni connues; et présentement même votre oreille n'est point ouverte, car je suis certainement que vous prévariquerez, et dès le sein de votre mère, je vous ai appelé le violeur de ma loi.

9. Néanmoins j'éloignerai ma fureur de vous à cause de mon nom; et pour ma gloire, je vous retiendrai comme avec un frein, de peur que vous ne prérissez.

10. Je vous ai purifié par le feu, mais non comme l'argent; je vous ai choisis dans la fournaise de la pauvreté.

11. C'est pour moi-même, c'est pour moi-même que j'en ai usé de la sorte, afin que mon nom ne soit point blasphémé, et je n'abandonnerai point ma gloire à un autre.

12. Ecoutez-moi, Jacob, et vous Israël que j'appelle à moi, c'est moi, c'est moi-même qui suis le premier, et qui suis le dernier.

13. C'est ma main qui a fondé la terre; c'est ma droite qui a mesuré les cieux; je les appellerai, et ils paraîtront tous ensemble.

14. Assemblez-vous tous, et écoutez: Qui d'entre les idoles a prédit ces choses? Le Seigneur l'a aimé; il exécutera sa volonté dans Babylone, et il sera son bras parmi les peuples de Chaldée.

15. C'est moi, c'est moi qui ai parlé; je l'ai appelé; je l'ai amené, et j'ai aplani tous les chemins devant lui.

16. Approchez-vous de moi, et écoutez ceci: Dès le commencement, je n'ai point parlé en secret, j'étais présent lorsque ces choses ont été résolues, avant qu'elles se fissent; et maintenant j'ai été envoyé par le Seigneur Dieu et par son Esprit.

17. Voici ce que dit le Seigneur votre rédempteur, le Saint d'Israël: Je suis le Seigneur votre Dieu, qui vous enseigne ce qui vous est utile, et qui vous gouverne dans la voie par laquelle vous marchez.

18. Oh! si vous vous fussiez appliqué à mes préceptes, votre paix serait comme un fleuve, et votre justice, comme les profondeurs de la mer;

19. Votre postérité se serait multipliée comme le sable du rivage, et les enfants de votre sein, comme les petites pierres qui sont sur ses bords; le nom de votre race n'aurait point été effacé, ni aboli de devant mes yeux.

20. Sortez de Babylone; fuyez de Chaldée, faites entendre des cris de joie, annoncez votre délivrance, et publiez-la jusqu'aux extrémités du monde; dites en tous lieux: Le Seigneur a racheté Jacob son serviteur.

21. Lorsqu'il les tira de l'Égypte, ils ne souffrirent point la soif dans le désert; il leur fit sortir l'eau du rocher; il ouvrit la pierre, et les eaux en sortirent en abondance.

22. Mais il n'y a point de paix pour les impies, dit le Seigneur.

attentionem, eos ad quos loquebatur graphicè depingat; quod facit, ne in his quæ dicturus erat, in quibus quòd eis partim condidisset declaratur, quisquam Deum argueret. Eos ergo nomine tenus Deo cultores hic appellat, fictos atque hypocritas; qui à nobilitate